

Śląska Biblioteka Publiczna

55149

1

MF

T.

Min. Ośw. 507a — PLWS C850 X. 49





55/149 MF

I



STANISLAI  
ORICHO-  
VII ROXOLANI  
AD IACOBVM VCHANICIVM  
Cuiaviae Episcopum F R I C I -  
VS siue de Maiestate sedis  
Apostolicæ.





Bibliotek  
Wrocławskie



55149!

AMPLISSI-  
MO VIRO NICO,  
LAO VOLSCIO CVIAVIENSI  
¶ Pomeraniae Episcopo Domino  
¶ Patrono suo benignissimo  
Iacobus Gorscius  
S. P.



**F**TSI VEREBAR;  
Reuerendissime Pontifex, ne  
quibusdam uiderer, præfatio-  
nes istas meas in aliena scripta,  
ambitione aliqua exequare: Et  
quicquid huius agerem non re-  
ligionis, quæ impie discripit: non ueritatis, quæ  
miserè premitur: non deniq; ullius utilitatis publì-  
cæ, cui nostra studia inseruire debet ergo, pro me a  
uirili parte iuuinde agere: sed uel auræ popularis  
scribendo aucupandæ uel gratiæ apud quosdam as-  
dulando inerundæ: quod non nullis iam militare aus-  
dio: tamen dum cogito, et quid patriæ ac religioni  
debeam: et cause huius faciem, cum qua ad R. P.

a ij Tham

## P R A E F A T I O

Tuam & principem optimum, & iudicem ac disceptatorem prudentissimum, mecum diligentius considero: non puto me iustum cuiquam reprehendendi mei causam daturum: si antequam controversiam & defensionem de Majestate Sedis Romanae, a Stanislao Orichouio contra Andream Fricium Modreuum, disertum quidem illum virum & omni genere eruditionis excultum: sed partium religionis diuersarū, & grauiter & syncere informatam trado: aliquid ad R. P. Tuam præfatus fuero: causamq; & præfandi, & operis R. P. Tuæ mittendi reddidero. Causa quidē reuerēdissime pōtissimæ, ut ante Orichouianum hunc Fricium præfarer hæc fuit: ut Amico cuidam meo, qui ante librū Andreæ Fricij quem contra Orichouium nostrum, anno superiore edidit: præfando, de me uehementer questus est: & temeritatem meam pro suo erga me amore deploravit: qui ut ille ait, tam insatum hominem in Cælum laudibus extulcrim ac iam prostrato impetu Fricij, in puluereq; iacenti me adiunixerim, respondeam: & neq; me mei consilij laudumq; earum pænitere, neq; ullam causam cur eo nomine reprehendar subesse ostendā. Laudasse Me igitur ac s̄epius laudare, Princeps Optime, Orichoui m nostrum, Orichouium Virum doctissimum, virum magno ac generoso animo, necdum pænitet,

## P R A E F A C T O

penitet neq; tūquā penitebit. Amo ingenium uiri, cō-  
plectior doctissima scripta eius: ex osculo oratā n-  
uim dicendi, quantā isti suarum uirium iactatores  
sustinere non possunt: admiror impetus ani-  
mūriq; præsentem eius uiri, aduersus ea pericula,  
que isti non uerbis tantum, sed etiam scriptis aper-  
tē illi denunciant. Veneror castissimam eius, Eccles-  
iæ Romanæ, que sola uera Christi illa plantatio  
et uinea est ac religionis auitæ atq; ueritatis, deffē-  
sionem non fortunæ Orichouij, quam isti ab eo rea-  
cessisse testantur adulor: sed uirtutem eius amo: non  
gratiæ eius particeps, que nec apud illum tanta  
cuiusquam est, ut ueritatem eius causa dissimulet:  
sed inuidiæ, quam illi ueritas defensa parit, socius  
esse uolui: ueritatem defendenti, non inter beatos  
istos epulanti adhesi Orichouio. neq; me istorum  
iudicium mouet, qui scripto offenduntur meo: quod  
in argumento parum illis plausibili uersor. Cur  
enim non probatur eius: nisi quia uerum? ueritas  
odium parit: et ijs qui in ea tuenda uersantur pa-  
rum plausibile apud solutos argumentum suppe-  
ditat. Sed neq; me pudebit cum Calonibus et Lixis  
pro salute patriæ, pro aris et focis, pro religione  
auita, pro ueritate, pro uera, pro pura uinea C H R I-  
S T I firmissime depugnantib: stare: contra istos  
duces Arrianos ac Nestorianos, infestissima Eccle-  
sia signe

## P R A E F A T I O

siæ signa inferenteis: ueritatemq; tellis diaboli è  
pharetra mendacij sui, depromptis, præmenteis:  
sacra ònia conculcantes C H R I S T I E S V Ser=   
uatoris nostri omnem memoriam abolenteis: cœlo  
deniq; ipsi impia arma minantes, non est uod dos=   
leas, Amice quisquis es, casum hunc meum. neq; a=   
more cæcutio, neq; eum scopum quem tu putas mibi  
proposui: neq; Orichouius tellis Fricij prostratus  
in puluere iacet, neq; ego confectum uestris armis  
fustuli, sed uictorem à cæde hostium Christi cū spoo=   
lijs opimis redeuntem obuijs manibus excepti: nos  
menq; meum illi ut prestantissimo duci ultro dedic=   
Amo quidem Orichouij uirtutem, qui tanta præ=   
lia pro Ecclesia Catholica edit, ac eum mihi sco=   
pum proposui, ut ueritatē defendens ueritatis amas=   
toribus placeam, & impia docentium amicitiam  
negligam, neq; Orichouio erranii faueo, sed ab era=   
rore isto uestro redeungi gratulor. Nam quod in ea  
castra eum defecisse dicitis, qui sacro sancta Chri=   
sti dogmata ferro & flammis insectetur: Videte  
ne potius ab eis qui hoc faciant defecisse dicendus  
sit: ac ad eos qui Christum cum sua uera illa doctri=   
na; quam è sinu patris haustam, Ecclesiæ suæ tra=   
didit tueantur accisse. Sed Orichouium mitto, cui  
quantum est uirium, & ad se & ad Ecclesiam Ro=   
manam tuendam & Stancarus paulo ante exper=   
tus.

## PRAEFATIO

Uos & uos experiemini: illis quibus quod parum in  
plauſibili argumento uersari uifus minus placui,  
quiq; me cæcutire amore Orichouijuel uehemen-  
ter adulari indicarunt respondebo, ac eos ip' o hoc  
codem criminē condemnabo, tūaq; illis ornamen-  
ta ac munera remittam. Atq; euidem iam testatus  
fui, me orichouium amare, nec amare ſolum, ſed  
admirari diuinum eius ingenium, uirtutēq; ea que  
pro ueritate pro religione, pro patria, quæ tam  
miferē impia pietate iſtorum deuexata eſt, tanto ro-  
bore animi stat. Sed tamen ita hæc in Orichouio  
amo: ut neq; in hoc meo iudicio cæutiā neq; ullam  
cauſam adulandi Orichouio uel iſtis iſpis teſtibus  
habeam, quem poſtequam ab eorū amicitia reſeſſe  
rit, & in noſtra defecerit caſtra, fortuna ut illi a-  
iunt deſeruerit, in puluereq; iacentem reliquerit.  
Sed neq; ei ordini cui Orichouium Varsauiae impa-  
denter adulatum eſſe clamant, adulari debeo: quem  
tantopere Orichouianarum laudum ut iſti aiunt pœ-  
niteat. Nam qui ego ordini ei adulando placherent  
qui Orichouium cuius gratiæ me participem eſſe  
uoluisse putant repudiaret: quem tantum laudum  
illarum puderet? qui ita in eas animatus eſſet: ut qui  
eas apud ſe cantaret in odium grauiffimum incur-  
rereſt insanusq; haberetur. Nulla igitur cauſa mihi  
erat cur aut Orichouio iacenti, aut ordini facro o-

A iuu

richouianas.

## P R A E F A T I O

richouianas laudes fugienti horum ipsorum con-  
fessione adulandi, unde me immerito ab istis repræ-  
hendi certum sit. contra uero istos & uehementer  
cœcutiri sui amore, & impudenter fortunis aliorū  
adulari, planissime patet. cœcutire quidē quod ita  
suis uictorijs quas nullas retulerint de Orichouio  
plaudant: quod ita Friciana arma suorumq; indu-  
striam dilaudent, ut & Orichouium quid dicturus  
sit, non habere: & Fricium, quibus armis nostri pro  
Orichouio de pugnaturi sint, iam sentire, ac bellum  
illud, quale futurum fuerit, procul prospicere, quiq;  
Orichouiu nouis illis, nō dicā inceptis narrationib; p-  
stratū glorientur. atq; eo scripto id actū, ut Ori-  
chouius, ab uniuerso orbe insanus & furiosus iudi-  
cetur. Neq; enim isti uiderunt, triumphum se ante  
uictoriam cantasse, & Orichouium uirtute sua illa  
pristina, qua contra Solimani arma adolescens fir-  
missimus, pro patria stetit: nunc uel maximè con-  
tra istorum impia dogmata pro religione stare: ac  
ea arma illis illaturum: quæ nunquam sustinere po-  
terint. nam quod amicus nescius ait. Quæ iam as-  
nimo Fricius volutat auxilia, & se se  
ad omnem hostium impræssionem su-  
stinendam comparat, Quibus verò ar-  
mis pugnaturi sint Orichouiani nouit  
Fricius, id quale sit facile est indicatu. Siuc enim  
causam

## P R A E F A T I O

canfam Orichouij cum causa Fricij, siue copias no-  
stri, cum copijs istorum conseramus: impar est cera-  
tamen, impar contentio Romanis in castris sub u-  
xillo Petri cohorteis nunquam uictas pro Ciuitate  
Sancta I E S V C H R I S T I armat Orichouius:  
sub Tyranno seu:ffimo Caluino, alteroq; Catilina  
temeritate & audacia instructam turbam centuriz-  
at Fricius: Extinguit impias flammas Orichouius:  
fuscat ignes sopitos, quibus Orbis olim flagravit  
Arrij Fricius: pro uictrici Ecclesia stat Orichouius  
Arrianismum impium tuetur Fricius: Ingeniu Fric-  
cij literis aptum laudamus, Orichouij miramur: in-  
tra alueos dicendi Friciana uis fluit: Orichouij ex-  
tra ripas inuidat: uolentes ducit Fricius: reluctan-  
tes trahit Orichouius In plano Fricius suas ostentat  
acies: in Alpes inuolat Orichouius: nihil tam præ-  
ruptum, quod non inuadat, nihil est tam arduum  
quod suis non occupet armis. Fricius quietus narrat  
ac placido agmine fluit, Orichouius moles obiectas  
submouet, nullisq; obicibus impetus suos morari pa-  
titur. Sed hæc mitto, res ipsa docebit, utrius copie  
maiores: utrius causa iustior sit, ac satis planè qui-  
dem ostendi, istos potius amore sui erroris, quā me  
studio Orichouij cecutire Adulari autem istos &  
turpissim: quidem adulari, quis testis est? isti ipsi re-  
prehensoris nostri: qui cū fateantur se in illis præ-

A Y fidijs &

## P R A E F A T I O

Sidijs & castris ordines ducere que contra Ecclesiam Romanam armantur. ab ijs ipsis quorum iugulum armis suis petunt, cibum supplices mendicant, dominosq; suos seruilater appellant, ad eorumq; pedes supplices se aduoluunt: qui patrocinia absuis hostibus implorant, quid hæc uerba amice sibi uolunt. Suscipe igitur & optimi & eruditissimi viri, clientis tui patrocinium. Cuius opem hic imploras? Iacobi Vchanicij, tū cum hæc scriberem Cuiavensis Episcopali, nunc Archiepiscopi Gnesnensis & primatis in Regno Polonorum, uiri prudentissimi. contra quem eius auctoritatem aduocas & patrocinia imploras? Contra Stanislauum Orichouium, quid is quæsos à castris nostris defecit, ad quem id ipsum Vchanicum, quid tandem agit? quid nos oppugnat: Vchaniciū ipsum & Ecclesiam Romanā cuius ille hoc in regno Princeps est, tuetur: nos eam ab imis sedibus euertere molientes prohibet: ac non solū prohibet, sed etiam uehementer reprimit Ecclesiam istam Romanam uobis iniuriam cum ipso Vchanicio quem nos in fraudem & in insidias blandicijs nostris ac insidiosis laudibus præcipitare conamur euertere, unaq; cum Ecclesia euersum præcipitem agere, non patitur: suum iugulum pro illius incolumitate opponit extra nostrum uallum nos egredi non patitur. Quid igitur uose

## P R A E F A T I O

uos apud Vchanicum ipsum ille diem diximus Cu-  
rie Romane instrumenta, formulas, notarios, con-  
tra eum imploramus, ut eorum ipsorum gladijs,  
pro quorū salute contra nos armatissimus stat: quā  
doquidem nostris armis impares illi sumus confici-  
atur, hæc uos non uerbis quidem Amice sed reipsa  
dicitis: hæc uestra est accusatio. Itæ sunt uestrae ar-  
tes quibus Vchanicum Principē optimum, uirūq;  
pienissimum per hora hominum traducitis, ac im-  
merenti hærescos crimen imponitis, contumelijs  
oneratis. Accusatis Orichouium apud Pontificem  
Vhanicum, quia Ecclesiam Pomanam, quia religio-  
nem uitam, contra furores uestros defendit: quia  
Vchanicij non solum dignitatem non solum fortu-  
nas, sed etiam uitam ipsam, à uestris insidijs seruat.  
Audistis uos Amice furiosum illum hominem Fim-  
briam, apud Romanos quondam ea improbitate fu-  
isse, qui cum curasset ut. Q. Sceuola in funere. C.  
Marij vulneraretur diem illi dixit posteaquā com-  
perit eum posse uiuere Cum ab eo querere  
tur, quid tandem accusatus esset eum, quem pro-  
dignitate ne laudare quidam quisquam satis com-  
modè posset, aiunt hominē (ut erat furiosus) re-  
spondisse, quod non totū telum corpore receperisset.  
Nonne amice hoc facinus uestrum, similis furoris  
plenum, accusatis Orichouium apud Vchanicum:

Cure

## P R A E F A T I O

Cur? quia à nobis ad eum defecit, quia contra nos eius salutem defendit, quia eum nobis dilacerandum non tradit. Nōne apertè dicis, coherce istū ipsum Vchanici Orichouium ac è medio tolle: quo stante, religio cui præsides, Ecclesia Romana cuius gubernacula prima tenes, nostris artibus nostra in te summa perfidia euerti non poterit. Atq; tu Amice Rhetorum doctrinam nugas uocasti, nugari uanos Rhetores aīs, quorum præcepta si cognouisses nunquam tam ineptus cum tua ista dedicatione ac præfatione ad Vchanicum Principem fuisses. uidisses enim quid, apud quem, contra quem, quomodo dices, decorū conseruasses, in quo uel summa illa Ora torum sapientia à doctissimis hominibus collocatur: & à quo pueros etiam ipsos discrepare uicio sum habetur. Quanquam Sophisticæ mihi non ignarus uidearis, nā una opera, plura à sequi te uelle uideo.

**P R I M U M** ut tuum amorem, tuāq; benevolentiam erga Vchanicum tuis dedicationibus testatam relinquas, in eius benevolentiam te insinues, eius liberalitate tuam in opia ma sustentes,

Atq; apud eos, quibus arma infestissima infers, quos cum Ecclesia eueros cupis, turpiter adulando, panibus propositionis, quos in tuis castris execraris famem tuā expreas. Deinde ut apud partium nostrarum homines, apud Tridentini Concilij patres,

apud

## P R A E F A T I O

apud Summum Pontificem Petrum illū Romānum  
fraude tua ista plusquam Punica, ut Annibal quonam  
dam, Fabium illum Maximū, qui Romanis cunctanz  
do restituīt rem (cuius, cum omnia cætera ferro ac  
igni uastaret, agrum intactum reliquit) suspectum  
reddas & in summam inuidiā adducas, idq; eo tem-  
pore facis, quo facilius hic noster Fabius Maximus,  
Iacobus Vchanicius, qui uestras cunctando frangit  
uires, ad clauum Reipub. ac Religionis Christi an-  
tique, gubernacula uocatur: ut in ipso articulo eū  
opprimas & à primatu regni Poloniæ irritato in se  
Summo pontifice Romano, cuius autoritate munus  
illud sibi a Regia Maiestate delatū, confirmatum  
iri scires, remoueas. quod cæteros tibi similes olim  
effecisse uidebas, cū Episcopus Cuiavensis designa-  
tus fuisset. uestra enim arte illud effectum erat: ut  
ille non nisi mortuo Paulo IIII Summo Pontifice  
Romano, sedem illam Cuiavensem iure tenere po-  
tuerit. Tertium uero ut autoritate ipsius Prin-  
cipis Ecclesie Vchanicij, uestro in errore turbanz  
sacrarum rerum imperitam, & uulgas quod ad re-  
gnū se cōponit exemplar confirmes. Solet: ut  
reprehendere tenuiores à uestro errore dissiden-  
tes exemplo potentiorum, ac indignum esse cama-  
tis, miseros istos & egentes plus sapere uell. (ut ar  
uestro uerbo) quam dominos: quasi ueridem sit  
plectrum

## P R A E F A T I O

pæctrum, quod est sceptrum: quasi marsupium se  
quatur uel pietas uel rerū tantarum scientia. Cræ-  
sos inquit D. Hieronimus. Dariosq; ſperes literæ  
marsupium non sequuntur. Hæc tua prima & pre-  
cipua confilia ſunt. poſtremo illud, quod tu primum  
oſtentas, & quo iſta omnia contegis ut de Oricho-  
uio apud Principem Vchanicum queſtus & eum  
ipſum Principem, & omnes ordinis uestri infestos  
uero illi reddas: quod ut facilius efficias, noſtroſ ſan-  
cerdotes, quorū ille ordinem Hierarchicū in cœ-  
lum Laudibus Varsauiae extulerit, infiſtissimos ei  
eſſe fingis. quam ineptuſiſ ſi uide, rideſ ordinem ſa-  
cerdotum, apud quem amiceſ apud Principem eius  
ordinis Vchanicum, queroſ qui tu ipſum quē lau-  
des non irrideas Vchanicum? cum uniuermi or-  
dinem in quo ille Princeps uir eſt rideaſ imo uero  
eum ipſum uel maxime rideſ nanſi uicioſuſ hic or-  
do, uicioſiſimus Vchanicus dux & moderator  
princeps, totius eius in Regno Poloniae ordinis.  
Sed mitto hæc uel inepta uel improba uestra, illud  
a uobis quero, quid uobis in menteſ uenit, Vchan-  
icus in uocare pro Fricio, contra Orichouium?  
nun uos Vchanicum uestrum eſſe putetis? an non  
dum perſpiciatis non ſolum eum Principem in illis  
eſſe caſtris ad que Orichouium a uobis deteſiſſe mo-  
leſte ſeruis: ſed etiam eorum caſtroruſ imperatorem  
& dictatorem?

## P R A E F A T I O

¶ dictatorem, an nondum satis cernitis in Ecclesia Romana eum stare: ac bellum uobis qui publico male magni esse contenditis: qui sub pretextu honoris Dei, uestra audacia abutimini, uestrisq; opibus, uestris libidinibus inferuiatis, qui sanguinem frumentum sititis: qui cædes pro concionibus uestris fieri iubetis: qui uestrorum manus sanguine nostro mundari et consecrari oportere, impie clamantis: qui paci publicæ quā CHRIS I VS DOMINVS (cuius nominis iam uos suppudet Euangelici enim ab Euangeliō, non Christiani à Christo ut nos, quo nomine uniuersus orbis terrarum utatur) dici uultis, quam Christus inquam ex hoc mundo ad patrem migratus suis commendat, suam uocat. uobis inquam que publicæ paci inimicissimi ac infestissimi estis bellum inferre? Non uidetis eum hoc agere sedulo ut uobis horū scelerum ministris in ordinem redactis, ac iudicio turpi damnatis, pacem publicam constituit: religionem autem suum in locum unde ui hominibus coactis, uestra fraude armatis, deiecta est restituat. Vides Amice munus Principis Uchanicij, uides quid Respub: polonorum, quid Ecclæsia Romana illi concredidit, uides quod onus imposuerit: Vides huic Polono Fabio, contra uestram Punicam fidem, ab repub: polona iubente Augusto Sigismundo invicto Rege Polonorum,

## P R A E F A T I O

Polonorum, auctore summo Pontifice Romano, imperium esse delatum: ac mandatum, ut uideret ne quid religio auita, ne quid respub: detrimenti capiat: ut furoribus uestris matur:us occurrat: bellūq; in quo classicum buccis uestris impietate tumentibus inflatis: sua & prudentia saepe in magnis rebus & dificillimis temporibus perspecta & humanitate sibi innata, qua uos diutius fert, dum ad saniores aliquando mentem redeatis expectans: quaq; uos improbè abutimini, à ceruicibus patriæ dimoueat. at nos inquis scimus nostrum esse: quibus tandem argumentis ad eā rem utimini? quod nostros secum habeat, quod cum eis loquatur: quod disputātes audiāt, quod mensa sua dignatur. Egregia uestra Amice ratiocinatio, an non idem uos, cum iudeis eadem faciatis, an non cum Turcis cum Saracenis hæc eadem officia saepe christianis intercedunt? num igitur propterea uos iudeorum dogmata ut uerā & sincera m̄ Dei religionem probatis & sequimini? num Christum cum eis abnegatis, num circumcidismini, num præputio infestis sitis, Num? qui cum Saracenis negotia habeant, Saracenorum impiam religionē probant? humanitatis Christianæ officia illa sunt, quæ uobis prestat Vchanicius: uidet uos esse fratres: uidet filios regni ( quanquā & exules multos & per fugias ) uidet Christiani Principis esse munus

## P R A E F A T I O

manus, à sanguine ciuili abesse, hoc omnibus modis  
agere, omnem lapidem in eam rem mouere debere,  
ut fratres in officio contineat: ut errantes in viam  
suam reuocet: ut humanitate prudentia & patie-  
ntia non ferro, quod uos in uiscera nostra procudi-  
tis uincat: hoc igitur agit: miseratur errorem ue-  
strum: sua consuetudine, suis pijs ac doctis sermo-  
nibus uos flectere conatur: grauissime in uos, nis-  
humanitatem tantam eius secuti fueritis cum om-  
nibus bonis & Repub: uniuersa animaduersus tu-  
nam reipsa quid est quod in eo uestrum esse putetis?  
nunca cætu uestro Pinczouiano in hoc gradu Am-  
plissimo collocatus? num uestra autoritate, sua po-  
testas confirmata? cur si uester es, ut uos contendan-  
tis, potius summum Pontificem Romanum, quem uos  
ex insidijs procul ab illo positi, logomachia uestra  
oppugnatis: cui in festissima signa insertis: quem per-  
ditum uno momento esse cupitis: in quem omne ge-  
nus hominum concitatis: cur inquam Pontificē Ro-  
manum, sue dignitatis & muneris, autorem esse uo-  
luit? cur sacrificium missæ indies prope modū fina-  
gulos, magna cum reverentia numinis celebret? cur  
Christi corpus mysticum pronus ueneratur? cum  
deniq; omnes cærimonias, omnia sacramenta, (quæ  
omnia uestrum impium dogma ridet, conculcat, ac  
renominari quidem inter uos patiatur) uenera-

B

turac

## P R A E F A T I O

cur ac piē obseruat: vtrumne tandem hæc signa  
facta uestrarum partium hominis sunt an Principis  
& Dictatoris nostri ducisq; Romanæ Ecclesiæ?  
Non opus est uerbis, amice, ubi rerum testimonia  
adūnt. Vides facta Uchanicij: non est quod ad ser-  
mones eius configias: rebus ipsiis uos resellit: nec ma-  
gis in illo præsidij uobis est quā quōdam in C. An-  
tonio Collega Ciceronis Catilinæ scelerato fuit, re  
ipsa Antonius docuit, se non Catilinæ, ut ille as-  
pud omnes prædicabat, Amicū, sed patriæ fuisse.  
Hoc idem docet Uchanicius: definite scelerate age-  
re: definite scriptis uestris optime de religione  
sentientium contumelijs onerare: definite rerum  
imperitis eius autoritate imponere: ita miscet  
uestra, ne eum nugis istis uestris admisceatis. Satis  
respondi Calumnijs omnibus amici, ad te Reuerens  
dissime Pontifex redeo, ac cur Orichouij opus de  
Maiestate Romana contra Fricium conscriptum  
ad te potissimum defero causam reddam. Multas

Causæ de: multorum uirtutes, Reuerendissime Pontifex, mul-  
dicati ope torū ingenia multorum in rebus gerendis dexte-  
ris.

ritatem sæpe mirari soleo: sed nihil est quod ma-  
magis admirat: fueri, quā tui animi magnitudinē:  
quā in reb⁹ arduis & difficillimis, animi præstia  
quā sinceritatem, quā religionis uitæ & reipub:  
studii & amore sumū R. P. Vestrę. Quas quis  
dem

## P R A E F A T I O

A  
dentrūtutes cum mecum diligentius reueluo: non  
absq; singulari benignitate & consilijs Dei patris  
omnium Misericordiarum factum esse puto: ut tuus  
hic Episcopatus, in tam turbulentia tēpora: in tam  
Reipub: huius miseram faciem potissimum incide-  
ret. Etenim cum molicie quadam ac laborum tedio,  
multorum, consilijsq; temerē, magisq; ad ostentatio-  
nem quam Syncere susceptis in tantas tempestates  
incidissimus: tantisq; fluctibus in altum abrepti fu-  
erimus: ac nullis consil. s humanis, salui ad portum  
pacis & tranquilitatis uidetur emur reuersuri: nullū  
finem malorum fore putaremus: summam potestas-  
tem insolentibus hominibus Rempub: diuexandi  
religionem autam exterminādi, sacra omnia pro-  
phanandi & conculcandi, datam uidetur emus: Subi-  
to ecce Deus pater Domini nostri Iesu Christi te-  
una cum cæteris optimis Principibus ad clauū na-  
uis nostræ tam grauiter periclitati imbreuiq; ini-  
micum undiq; remis fatiscentibus haurienti admo-  
uit: animosq; nostros desperata salute fractos, ad spē  
salutis erexit: portumq; illum, à quo tempestate à  
sediciois & rerum nouarum cupidis ciuibus excis-  
tare abreptissimus ostendit. Nam Reuerendissime  
Pontifex, cum aliorum omnium prudentia & auto-  
ritate qui Religioni in hac Repub: præsident, sum-  
merò animi tui magnitudine, qua omnes omnium

## P R A E F A T I O

statem homines facile superas summumq; illud studiū religionis & patriæ apud animum meum ex pendo, nihil nisi tranquillum, nisi beatum huic patriæ ominari possum. nihil nobis omnium uestrum gubernacula, quam portum tranquillum polliceri. nam cum ab omnibus hæc ipsa tranquillitas expectanda sit: tum uero à te pontifex optime, quem ceteris uirtutibus, alijs omnibus parē: animi magnitudine ac in patriam & religionem antiquā pietate, omnibus anteire facile uideamus expectanda est. Cum te, Pontifex optime: cum esse uideamus, qui & ob pietatem tuam summam uelis, & ob animi magnitudinem inuictā, possis, labores, subire, nulla q; pericula pro patriæ salute & religione auita recusere, ac istis, qui & ocio & ingenio abusi quæ stus sui, non honoris diuini gratia tanta incendia in repub: excitarunt occurre, eorumq; insolentiam reprimere, non difficile posse. Accedit ad eas duas præstantissimas & tibi proprias uirtutes prudenter non mediocris tua: accedunt amici plurimi, accedit opes paternæ Amplissimæ: clientelæ maxime, accedit summus splendor familiæ uestræ: uno uerbo dicam, Nihil est quod tibi princeps Optime, ad bene Rempub: gerendam defuerit. quod cum ita sit, non temere fecisse putari debedo, si & ipse ad tua præsidia sub tuaq; signa configiam, & ea omnia  
tum moe

## P R A E F A T I O

tum mea tum aliorum que tua consilia tuos tantos  
conatus instruere, & iuuare possunt, unde quomo-  
do & pro quibz Amplitudo tua depugnare debeat  
no difficultime pspicere possit deferā. Nouisti Princeps Ampliss: me, ingenium Orichouij, perspectam  
habes uiri illius uim dicendi, perspectas rationes,  
quibus firmissimē in tuenda Ecclesia utatur: nihil  
uanū, nihil leue ab illo literis mandatur. quod cum  
alijs in scriptis eius factū: tum uero in hac cas-  
tissima Maestatis Romanæ defensione perspicies,  
ac inde ueluti è cornu copie, qd ad eius causæ defen-  
sionē que una hoc tempore potissimū oppugnatur  
pertineat hauries. Agnosces in eius uiri scriptis,  
animum fortē ac omnium periculorum pro salute  
publica ac uincā domini contemptorem: agnosces  
spiritus patricio sanguine dignos, à tuaq; defensio-  
ne non alienos: par est ut constantis animi scripta:  
tibi Magnanimo & fortissimo Principi dedicentur  
tuοq; pientissimo sub patrocinio in lucem publicā  
prodeat, ac in hominum manus ueniāt. Accipies igit  
tur Pontifex magnanime fortis pectoris scripta eo  
iure tibi quo Vlijssi Achilea arma, debita: ac maiestatē  
Romanam in cuius imperio Vir princeps  
Nicolaus Volscius Castellanus Sandomiriensis ac  
Thalami Regij Magister, & floruit & uita hac  
tempestate tanta impendente, quasi singulari Dei

## P R A E F A T I O

erga se benevolentia decessit: quam piē & summa  
cum ueneratione coluit: quam matrem omnium fi-  
delium C H R I S T I esse profitebatur. qui se nunc  
furgat ac eam rerum faciem uideat, quos luctus ille  
ederet: quām secum benē actū diceret: qui hæc ma-  
lain uita sua non uiderit, ac una cū bonis moribus  
cū tranquillitate Reipub: cum religione auita hinc  
excesserit. quam ille te contuens in hoc amplissimo  
honoris gradu, & gratularetur tibi & Rempub:  
cum religione antiqua commendaret: quam te mo-  
uerat, ut his flammis occurreres: ut tanta incendia  
restigueres, totq; uulnerib; Reipub: medicas manus  
admoueres. complecteretur te una cum Magnifice  
fratre tuo Stanislao Castellano Brzezinio, & cum  
lachrimis obtestaretur, se aras, illas quas Magnifice  
erexit, ne templo in quæ patrimonium suum pro-  
fudit, ne religionem quam piē casteq; coluit a sce-  
leratissimis hominibus euerti pateremini: quæ om-  
nia absens ac in uita illa qua perfrugitur æterna  
ac beatæ uos in Repub: florenteis cernens, à uobis  
postulat. Sed ego longius prouehor, finem præfan-  
di faciē præcatus ut Maiestatis Romane quæ ma-  
ter nostra est, ut religionis auitæ, ut salutis pu-  
blicæ patrocinium suscipias, quo l quidem, non ut a  
cessante peto sed (ut dicitur) currenti ultrò cala-  
car addo vtq; Orichonium tam constanti animo

pro

## P R A E F A T I O

Pr̄ religione & Repub: depugnāti p animi tui mā  
gnitudine patrocinis neq; istis, qui panibus Eccle  
siae obsaturati q illis ipsiis quorum beneficio suas su  
stentant facultates, perniciē moliuntur, dilac erano  
dum, permittas. neq; istos Ecclesiae bonis in perni  
ciem religionis ac tuam ipsius abuti diutius pa  
ciaris. Ac tibi hoc certo psuade, religionē autā tā  
tis pcellis agitatā nūlius ad huc ope subleuata, mul  
tis & grauibus vulneribus affectam, uix ullum ha  
bere alium, tanta animi magnitudine, tanta con  
stantia, fide, & pietate tanta, quem apellet, in cu  
ius sinum confugiat in cuius patrocinio recreetur.  
pr̄ter te. Vale Princeps optime. ac nos  
tuo patrocinio studiaq; nostra  
tuere.

In octernione F facie quarta uerba illa duo periſſe  
uel actum est, quibus uerbum græcum διχεται. in  
terpretanti propter rudiores sumus, ex margine  
in contextum imprudentia operarum irrepserunt:  
cuius erroris monere uolui, ne quis ab autore ita  
scriptum putaret.     . . . . .

L A V R E N T I V S G O  
SLICZKI AD STANISLAVM  
ORICHOVIVM



Dij tibi dent quecunq; Orichoui docte mereris;  
Ipse mereris enim, quidquid in orbe boni est.  
Qui modo restauras templis, pia iura sacratis:  
    Qui ut maneat uirtus prisca fidesq; doces.  
Pernaeras qui scis doctè prosternere mentes:  
    Qui falsum uero dogmate dogma necas.  
Macte uir ingenio, cæptā hāc rogo perfice laude  
    In uineaq; dei, strenuus esse uelis.  
Hæc ducis est uirtus, non uni insistere alme:  
    Sed uario famam querere marte decet.  
Vindico te, redeat pietas antiqua fidesq;:  
    ad nos, & facias uertere terga nouam.  
Quod facis, a nobis abigas & pseudoprophetas:  
    Qui in populo Christi dogmata falsa ferunt.  
Fricius inde abeat patriæ qui iura prophanat:  
    Immemor est patriæ, qui officijq; sui.  
Viue diu, ductare sacros iam perge triumphos:  
    Magna ducis uirtus, uincere scire malos.

STANISLAI  
ORICHOVII RO  
XOLANI AD IACOBVM  
Vchanicium Cuiauiae Episco-  
pum FRICIVS. Siue de ma-  
iestate sedis APOSTO  
LICÆ,



ANDEM ALI-  
quando progreditur,  
magna testificationū  
comitāte caterua, An-  
dreas Fricius, Iacobe  
Vchanici, præsulū des-  
cus: comicē ne, an tragicē instructus  
contra me, nondum plane statui. Nā *Fricius*  
is mox a principio libri, tragædorū *scriptor*  
ad morem scribarum, officialium, te- *præposte*  
stificationūmq; insanit turba. & idē *rūs.*  
tamen, quod coīcēdum decet: ad ex-  
tremum tranquillat, componitq; om-  
nia. In quo tamen ipso Fricii hominis  
docti, & non incallidi acumen requis-  
A ro:

STANIS. ORIEHO.

ro: quod is in tractando præposterus  
esse, q̄ posteriora ordine ex priorib⁹  
maluerit nēctere. Nam violata amici-  
tiam conqueri: et inconstantiam scri-  
ptorum, dictorum, factorumq; meo-  
rum inlectari: & conclusiones editas  
refelli, opere pre cium fuerat prius: q̄  
erat illi decurrentum, ad hæc postre-  
ma scribas, videlicet, & officialeis: at  
q; iudicialeis testificationes: quæ cau-  
farum desperatarum vltimi solent es-  
se exitus. ut ita recte, atq; ordine, a  
protasi per epitasis, ad suam catastro-  
phen perueniret fabula: sed stat iua  
cuic; sententia. nam & mihi certū est,  
quod fortasse displicuerit Fricio: in  
respondendo ordiri ab eo, quod apud  
Fricium in causa fuit postremum: ins-

Diuisio li  
bri. décq; ad illius regredi inicium. Ostens-  
dam enim primo, ius amicitiae in Fric-  
io nunquam a me violatum esse. Des-  
inde, me in Papatu summa constantia  
semper vixisse: postremo, Conclusio-  
nes, a me contra Fricium Volborii es-  
ditas, Christianas esse. Quæ vbi curs-  
sum de-

Si demonstrauero, de concertatione  
quoq; nostra Volboriēsi aliquid pau-  
cis dicam.

Sed antequam ad ea, quę proposui,  
aggrediar: videt esse iustus ex postu-  
landi cum Fricio locus, non potuisse Fricij lau-  
videlicet, Fricium, nauum, prudentē, dator n̄ ea  
& probum, ac doctum etiam virum, quam.  
alium laudatorem parare integrata-  
tis, & elegantiæ suæ, præter hunc ter-  
ræ filium: qui in præfatione scripti  
Friciani, dum Fricium extollit, me  
autem deiicit, conscientia humilitatis  
suæ credo, coactus, suppressit nomen  
suum: contegitque silentio: néque  
in subscribendo vltra primas literas  
nominis, & cognominis sui C & R.  
quicquā addidit amplius ad nomen.  
Atqui hic Fricii laudator, Prospiciens  
te illo, multè est timidior, qui, Hercu-  
lem ut vidit, periit. Degeneres enim a-  
nimos timor arguit. Nam hic n̄ nau-  
ci vir esset, putas illum tanta in re cea  
laturū fuisse nomen? Sed si poeta pec-  
cat, cum probam orationem astringit

A ii impro

STANIS. ORICHO.

improbo, quomodo Frīcius non res  
præhendendus, qui laudari se voluit  
a nebulone nescio quo, non tantum il-  
laudato, sed ne de nomine noto quidē  
viro: qui de vtroq; nostrum ex tem-  
pore effutit, quicquid in buccā venit.

Sed ne sit vlla in causa Fricii ratio:  
tua præstans Pontificalis autoritas,  
**Lauda-** an non violatur ab hoc eodem lauda-  
**ter Fricij** tore planissime: qui principio Frīcia-  
**ledit Epi** ni libri ad te præfatus, & me vobis E-  
**scopum.** piscopis Varschauiae adulatum esse:  
& vos Episcopos ferro, ac flaminis  
sic enim scribit, dogmata Christi per  
sequi cōtendit: Quod si illi vexare pro-  
bris Episcopos apud te Episcopum li-  
cuit, num itidem tibi huic nebuloni, ad  
ordinis tui amplissimi dedecus, paci-  
entes aureis præbere licuerit, tuum sit  
iudicium, tua existimatio. Nolo ratio-  
nem officii ab Episcopo reposcere: ab  
eo præsertim, qui bene subducta rati-  
one, in vita semper vixit. Cæterum, e-  
go non sum eum honorem huic torici  
habiturus, ut illius maledictis respon-  
deam;

deam, ne vel pugnare cum ventis: vel  
cū spectris velitari videar. Itaq; hoc  
lumbrico, pede pulso, ad Fricii scriptū <sup>Fricius ā-</sup>  
venio. in quo significare ille multis lo <sup>telatus O</sup>  
cis videtur, se apud te habere ante me <sup>richouio</sup>  
parteis priores. Nam & gratosi scri-  
bæ illi, querenti de me: apud te affue-  
rūt de familia tua: qui mihi adesse pro-  
hibiti nolebant: & maximam audiens  
tiam, id quod ex scripto Fricii appa-  
ret, sibi apud te faciebat diserti senis  
de me conquestio: quæ mihi patebat  
apud te minus. quodquidem videtur  
abs te rectè datum clienti, scultetōq;  
id autem est, fundo populo tuo. Sed  
tamen, si rem ad rationem reuoces,  
non propterea, quia populus fundus  
ille tuus est, gratus esse apud te pos-  
tuit: necq; hac vna re, quia cliens tuus  
ille in ære tuo est, meam apud te grati-  
am anteuertere debuit. Nā Fricius,  
vel hoc vno infra me est, quod is nul-  
lam partem tuorum temporum vñq;  
attigit: sempēq; pacis, & ocii tui co-  
mes; nunq; periculi, necq; turbarum tu-

A iii arum

## STANIS. ORICHO.

arum socius fuit. Ego contra, nullum  
periculum; nullum discrimen pro tua  
dignitate vñq̄ refugi. Cum enim eos  
dē tempore Episcopatus tibi, quo &  
vxor mihi, a Paulo iiii eriperet: scis,  
meministi enim: ut mei, meorumq̄ ob-  
blitus, fortunas meas in communio-  
nei tuorum temporū contuli. caput:  
dignitatēm q̄ tuam, vxori, ac liberis  
meis antepokui: quæ cum stabant, ca-  
debantque simul Pauli iiii decreto.  
Quod si hęc apud ipsos fiscaleis Romę  
agerem, quibus me pro te obseceram:  
vel his ipliis iudicibus obtinerem me:  
notum, Fricium autem, ignotum, in di-  
scrimine capitis tui, aduersariis tuis fu-  
isse, cui parum visum fuit: res meas  
pro te gestas, contra Paulum iiii, re-  
præhendere: nisi etiam verba ipsa  
scriptorum meorum contra Paulum  
iiii recitasset: quibus tute fateris fisca-  
lium Romanorum in te impetus re-  
pressos esse & retardatos. Quæ tamē  
ego tela, ex tuis pharetris, illi contra  
me suppeditari, doleo. Nam hęc, nęq̄  
per se

per se scire necq; aliunde Fricius sumere potuit set. Sed hæc adhuc meq; fidei erga te fors fuit: ut tam Polonica, quā Latina scripta mea, euolent facile ex armario tuo: & in manus hominum exeat: occasionēmq; maleuolis meis dent, multa de me detrahendi. Verū, hoc adhuc percommode cadit: nihil i storum euenire, vt me illa scripsisse, et egisse, p te, tam necessario tuo tēpore peniteat. Suscep̄tū enim mihi fuit in tu o discrim ne: cōtra Principē illū, quā par erat alperiorem, patrocinium ve ritatis, fidei, iusticiæ, pacis: que in tu a causa periclitabā̄ oīa. vt paulopost liquidō apparebit. Quo quidē tempo re, lentus erat Fricius: ac penē frigidus, ad res tuas aduersas iubleuādas. qui etiam nunc ea ipsa pestifera ē scri ptis meis mihi vult esse, quæ, a nobis profecta, apud fiscalcis Romanos tibi fuerant olim salutaria. hic honos sci licet pro meritis habitus est nobis.

Sed tollantur de medio illæ omnes ineptiæ. Dixi: scripsi: feci. vulgaria e.

A. iiii. nim

STANISL. ORICHO.

Nim hæc sunt: quæ in agendo, apud re  
vchanici- os habent ponderis fortasse aliquid:  
us disputa in cōmemorando, apud immeinores  
tionis vol valent nihil. Quod ad propositū atti-  
boriensis testis net, tuā fidē nūc ego imploro, te testē  
in p̄senti mea cum Fricio disceptati-  
one mihi fidelem esse volo: qui nō au-  
tor solum, verum etiā disceptator do-  
mesticus, illius nostræ Volboriensis  
disputationis, fuisti: vt non solum ora-  
tione mea: sed multo magis testificati-  
one tua, refellatur a nobis narratio  
Frīci: hoc enim titulo eius liber est,  
quæ nūniis conquestionibus est facta  
mendosior, vt res, & veritas ipsa pro-  
babit.

Amicitia  
nunquam  
violatur  
ab Oricho  
nō.  
Quare fare: age Frīci. prodi inquā  
Frīci: ac nos doce, quidnam in Epilo-  
go scripti tui tumultuaris? quid insa-  
nis? Deseruisti ius, amicitię inquis. no-  
num quoddam in me: & in usitatū cri-  
mē. quod ego dissimularem, ni vir bo-  
nus essem. Nam cum tu commemo-  
ratione huius criminis miserabiliorē  
epilogum dicas, demonstrandum est  
paucis,

paucis: a me nihil esse in amicitia vi-  
latum: quæ mihi nunque tecum Piladea  
illa fuit: quæ in voluntatum, studiorū,  
sentenciarū consensione cōsistit. Qui  
enim poterat esse vna in vtrōque nos-  
strum voluntas actionum, in quibus  
non est eadem fides mentiū: aut quo-  
modo iisdem tenebamur studiis, cum  
tantopere, non consiliis solum: sed se-  
ctis etiam dissideamus: aut quomodo  
eadem sentēcia, vnum, quasi animum  
in nobis faciebat ex pluribus, quod  
quidem in amicitia præcipuum est,  
cum nunc de sententiis ipsis inter nos  
lis sit capitalis: Non fuit igitur iusta  
amicitia inter nos Frīci, non fuit. fa-  
miliaritas quædam fuit: nonnullis of-  
ficiis vtrōbīque inter nos cōciliata: quæ  
a me sanctissimè est culta quoad licu-  
it: & quo ad fas fuit: Semper ego tu-  
os Frīci probauit mores: fidem dilexi:  
doctrinam suspexi: vitam amauit, nul-  
la te lacestiuī iniuria, testor Iouem ho-  
spitalem ipsum, nunquam tentauit te  
leuiter, quo animo aliquid ferres: in

A y tua

## STANIS. ORICHO.

tua moderatione, modestiæq; acquieci  
Conclusio iiii. Sed tu conclusiones iætas, & ostē-  
nes in Fri tas in te a me editas. Primum, dico cō-  
cium editas conclusiones illas opinionum esse, non a-  
te non ario miciciarum certamen: quo in certami-  
nūt amicūne id agitur, vt verum, falso cōcedat:  
fuiam. non vt amicus, amico succumbat. De  
inde, in his conclusionibus, ego dissen-  
tio ab amico Fricio non autem, vt ho-  
stet, Fricium conuinco. Postremo,  
demonstratione veri tuam benevolē-  
tiam ad me amandum allico: non au-  
tem illam vlo artificio pellicere in  
meas parteis studeo aliter cōtra te fa-  
miliarem meum, aliter vero cōtra ho-  
steis patriæ belligerando. In causa ma-  
festatis, maxime in certamen venerā  
nuper apud Polonum Regem, cum  
Francisco Stancaro Mātuano: aduer-  
sus quēm Chimera est nostra proxi-  
me edita, arguimento nouo, atq; admi-  
rabili: in qua, cum illo hoste patriæ  
nostræ, ante oculos Poloni Regis des-  
certauit, non, vt cum Antisophista ali-  
cuīg Gimnasiū sed vt cū perduelle Po-  
loniæ

Iohia Regni. quem etiam, non tam argumentis disputationū superare: quā perduellionis criminibus exterminare ex Polonia inimicissimē, & infestissimē contendebam: Erat enim Stācar eiusmodi aduersarius mihi datus: qui euellere radices ex Polonia conarentur omnis Diuini, atq; humani iuris. quod illum licenter agere: vt funestū patriæ, ita indecorum nobis videbatur esse. Ergo pro patria solus exarsi, in Stancarū incredibili dolore: nihilq; exagerando crimen vt spero, pretermisi: quod ad tollendam ex Polonia illam pestem pertinebat. Contra autē ego nunc tecum, vt cum gentili, vt cū conciue: deniq; vt cum familiarī ciuiliter contendo, non de honore, necq; de vita: quæ salua vtricq; esse cupio. sed de opinione, & de sententia: in quo ipso vt vincat veritas, hoc est maxime optabile omnibus. Quam rationem disputandi, etiam inter amicissimos semper viguisse: testis est philosophorum ille Deus, Aristoteles: qui in primo li-

STANIS. ORICHO.

bro de vita, et de moribus, veri inqui  
rēdi studiū, anteponit Platoni Magi  
stro. neq; enī tu patriā cōmūnē nul  
lāvis esse: nēq; legē ex ea tollis: nēq; re  
gem eius spēnis: quod Stancar facit.  
sed iinprudētia lapsus, peregrina quaē  
dam sequeris: eāq; ab Ecclesia Chris  
ti aliena. quę ego in te infector, & ex  
agito, non vt in hoste patriæ, nimis  
fero, & immani: sed vt in aduersario  
Ecclesiæ, minus cauto, ac prouido: q  
deposita, & abiecta publica Ecclesiæ  
opinione, parum diligenter quod opti  
mum sit, ex hereticorum comentis elis  
git, quod qui facit, hereticus a Græ  
cis, elector a Latinis dicitur. quod ta  
men nomen, infamiae subiectum: non  
tibi per me illatum, sed vltrō abs te a  
scitum est, qui generalibus sententiis  
repudiatis, quę bases Ecclesiæ Chris  
ti sunt, singulares sententias tibi asci  
scis: quę ante, & retrō falsæ, impiæ,  
sacrilegæ, perniciosaæ, & functæ sunt.  
**vt mox apparebit.**

Iam

I A M illud, parumne tibi ipsum *Fricius*  
per se hæreticivalet ad cognomen: q̄ sua culpa  
in hoc ipso scripto, quod cōtra me cō= uocatur  
uastasti, Helueticum dogma tueri, sic *hereticus*  
enim scribis, & in Ecclesiis reforma=   
tis viuere te pfiteris. quid quæso his,  
& aliis sententiis, quas in fra exponā,  
promereris aliud: q̄ hæretici nomen  
parteis enim in Ecclesia facis! & quas  
libet eligis, & assumis tibi: Quid enim  
est Heluetia separati sumpta? q̄ pars  
a suo auulsa vniuerso: Quid vero Ec=   
clesię reformatæ aliud sūt? q̄ mulieres  
fornicariæ quædam, omnibus stupris,  
coruptelis, adulteriis, incestis deniq̄  
a Sathanæ viciatæ: quib⁹ qui se se in=   
quinarunt nō sequunt agnū illum im=   
maculatum, qui in vna domo, ab vni=   
uersa multitudine filiorum Israel, iugi  
sacrificio immolatur: quæ sanē domus,  
est vna sancta, Catholica & Aposto=   
lica Ecclesia, vna inquam, quia in ea  
credentium cor est vnum: & anima v=   
na: & labiū vnum, & sermo vnuſ. San=   
cta, quia non habet maculam, neq̄ rus=   
gam

STANIS. ORICHO.

gam erroris ullam: Catholica, quia generaliter vniuersales sententias. & vniuersales regiones habitabiles possidet: Apostolica, quia viuit, vigetq; Apostolicis traditionibus scriptis, & non scriptis: In super habet Romæ Apostolum Petrum, harum traditionum curatorem: & suæ communionis auctorem aspectabilem: qui curator eius rei est, ut hæc ipsa Ecclesia semper sit una, sancta, Catholica, et Apostolica. At tu, cum non Catholicus, sed Helveticum sequaris dogma, & te non in una sancta Catholica Ecclesia: in reformatis Ecclesiis aperte confitearis vivere, quid aliud agis q; parteis facis, & quasuis eligis & Ecclesiis reformatas, hoc est ipsissimas herefesiis sequaris: Quæ Ecclesiæ reformatæ, nisi erroris vicio variarentur, nunquam reformatæ dicerentur. nunc cum reformantur, erroris condemnantur, summa cum execratione eorum omnium, qui eas affectantur. Quos vniuersos, haereticos, hoc est electores appellat

pellat vna, sancta, Catholica, & Apo-  
stolica Ecclesia; quæ nunquam ita la-  
bitur, vt fulcienda: nunquam depra-  
uatur, vt corrigenda: nunquam defor-  
matur, vt reformanda, vlo humano  
ingenio esse videatur. Quis est enim  
tam oblitus sui, qui Ecclesiam Dei vi-  
ui, columnam, & firmamentum veri-  
tatis, fulcire, corrigere, reformare, se  
velle dicat: nisi forte sit is: cui cordi  
Helueticum tecum quoq; vnâ sit dœ-  
gina, semper enim suo statu manet Ec-  
clesia Christi. cæteræ autem Ecclesiæ,  
quas tu reformatas appellas: labuntur,  
fluunt, nec diutius esse vno, & eodem  
statu possunt. quas quoniam te sequi  
profiteris, satis doces, te partes sequi,  
Ecclesiæ Christi aduersas. vnde debis  
tum errori tuo refers nomen: vt pro-  
pterea hæreticus, hoc est, elector im-  
pius vocere: Non igitur ego te hæres-  
tici nomine infame in reddidi: sed indu-  
ctio animi tui: atq; voluntas prava, atq;  
peruersa. quæ te præcipitem eo ame-  
tiæ impulit, vt in reformatis Ecclesiis  
lapidem,

## STANIS. ORICHO.

Iapidem, serpentem, scorpionem ab  
Helueticorum veneficis accipere ma-  
lueris: quam in Ecclesia Catolica, a le-  
su Christi vicario, panem, pisces, atq;  
ouum: ut ita fame enectus, dentes, la-  
pide conteras: serpente venenum obi-  
bas: scorpio, vero ictus pereas, aduer-  
sus cuius ictum, vnum tibi adhuc re-  
stat remedium: si videlicet, scorpium  
contusum, obtritumq; e vestigio adhi-  
beas vulneri. Nam scorpius, vt viuus,  
ictum necat: ita obtritus, mortuum i-  
psse suum sanat. quod si cessaueris, a-  
ctum est: illicet: periisti. Quamobrem,  
desine, meq; tecq; querelis exanimare  
tuus, o Frici, ipsu: te accusa: qui ex Ec-  
clesia Catholica, in reformatas Eccl-  
eas precipitem te dedisti: in quibus si-  
dem amisisti: & ex perfidia Helueti-  
ca, qua nunc exultas, & immodera-  
te tu te iactas: heretici nomen inueni-  
sti. vt admodum scitum in te quoq; il-  
lud Homerici Iouis videatur esse car-  
men.

Ὥ πόποι οἵοη δῆνυ θεόνց βρότοι κατίων γο

F R I C I V S .

9. O Dij quo

ἔξιμεῶμ γάρ φασικὰν ἔμμενχι διδέ καὶ τὸν modo De-  
σφίσιμον ἀτασθαλίσιμον περὶ μορον ἀλγεῖ (Τι oshomies  
ἔχους.

causantur

ERGO sua cuique conscientia sceleris. Ex nobis  
rum, & fraudum suarum quoniā pœ- enim aut  
na est, accusandus non sum, si tu, qui o mala esse-  
lim in Ecclesia Christi Catholicus ap bi uero i-  
pellabare: nuuc in Ecclesiis reforma- psit  
tis, sponte tua hæreticus vocere. Ha suis sceleris  
bes de iure amiciciæ læso, nunc audi, tribus pre-  
ut ego in Ecclesia Catholica, quam tu ter fatuæ  
funditus amissisti: atque in ipso Papatu, mala et  
quæ prodidisti, grauiter, constanterque dolores  
viuam, id enim erat ex tribus proposi- habent.  
tis partibus alterum.

Sed anteque id, quod proposui demostro: ostendendum prius est, quid vocis sit Papatus ipse. ne allucinati in verbo a re quoque ipsa aberremus. Ac Papatus mihi quidem altius Ecclesiæ statum quid est perspiciēti, gens, atque natio hæc Christiana omnis, videtur esse cætus quidam amplissimus, dissipatorum hominum, in societatem vitæ beatæ, uno Deo, una fide, uno baptismo conuocatus

B

tus

## STANISL. ORICH.

tus: & communione religionis, atq[ue] sacramentorum vinculo inter se coniunctus. Qui, quoniam ex diuersis locis ad vnam societatem vitæ beatæ diuinatus est euocatus, Ecclesiae nomine Græcis est appellatus. Quod sanè verbum ita multitudinis est, vt sunt illa populus, turba, concio, plebs: & qui sunt eiusdem modi cetera. vt enīm hec vno & altero homine non costant sed multitudinis indigent, sic Ecclesia vna gente, atq[ue] natione non expletur sed per vniuersitatem generis humani, longè, latèq[ue] diffusa peruagatur: vniuersamq[ue] basim, vt ita dicam, orbis terrarum amplectitur. quod fore caelestis ille Pater Filio suo in Psalmi promittit. Postula inquit, à me & dabo tibi gentes: hereditatem tuam & possessionem tuam, terminos terræ. Hæc est nūitas Ecclesia, appellata est a Davide ciuitatis Dei: de qua multa, immo vero omnia glorijsa dicta sunt à Prophetis: à postolis: Euangelistis: & à pastoribus atq[ue] Doctoribus antiquis. Sed ne ini

nita persequamur, illa est magnifica,  
& gloria ostentatio huius ciuitatis:  
fines videlicet eius, atq; leges. hæc es-  
tim duo amplitudinem ciuitatum fa-  
ciunt: sine quibus gloriosum in ciuita-  
tibus nihile est. Nam, necq; in angustis fi-  
nibus, ciuitatis gloria intus includit:  
neq; hæc eadem sine legibus in ciuita-  
te alitur, ac sustentatur. Porro leges  
nihil valent ipse per se, ni accesserit  
Magistratus: qui præsit præscribatq;  
recta, & utilia, & coniuncta cum legi-  
bus. ob quam sanè rationem, tanta est  
inter legem, & Magistratum coniun-  
ctio: ut quidam præclare dixerit: Ma-  
gistratum, legem esse loquentem. legē  
autem, mutum esse Magistratū. Quæ  
in ratione ciuili, hæc tria reciproca in-  
ter sunt: Cetus, Lex, Magistratus, qui  
a Græcis λειτουργος dicitur, quasi cura-  
tor publicorum munerum. quicquid  
autem horum trium ciuili ratioui de-  
suerit, ciuitas non erit: sed erit turba  
quædam, et colluvies hominū, ad vim  
& ad facinus, cædēmq; collectorum.

B. ii

Quam

## STANIS. ORICO.

Quamobrem, cum Ecclesia Catholica, atque haec ipsa Ciuitas Dei, Iesu Christi penè structa manibus, perfecta sit, atq; suis partibus absolute, celsario est latissima finibus: amplissima legibus: sanctissima Magistratus. latitudinem enim possessionuit suarum, quatuor mundi plagis dessinit: & quod bene constitutam ciuitatem decet, legibus & moribus ita legibus, & moribus ita regitur, ut in eius, & romane, id est scripta lex: & genere moe, id est traditio. quæ est in more ciuitatis positæ. Atq; harum legum, atq; morum suorum ciuilium habet hec eadem ciuitas administratos, non alii de quam ab huius ciuitatis Architecto Christo Iesu profectos. si quidem eiusdem est autoritatis iura, Magistratusq; legere, sanctumq; senatum, cuius est urbem statuere, ac fundamenta ciuitatum locare. Igitur, cum Christus Deus, & Dominus noster, supra firmam, excelsamq; petram ædificauit Eccleiam suam, ciuitatemq; han

sanctam

sanctam Hierusalem, supra eminentē posuerit montem, idem Magistratus huic ciuitati debitos dedit: totāq; ciuitatem ordinibus certis descripsit. a lios enim illi dedit Apostolos, alios Prophetas, alios Euangelistas: alios pastores, atq; Doctores. quæ tamen omnino frequentia, multitudōq; Magistratuum, in hac ciuitate Dei, ad vnum aliquod principium referatur necesse est. Nam multitudinis, in vnam oīs mul-  
vitæ societatem collectæ, & numero-  
rum eadem est ratio. vt enim numeri:  
nisi ab uno fluant: & ad vnum redeat.  
dispereunt vniuersi. ita quoq; multitu-  
do, nisi ex aliquo pendeat uno princi-  
pe, dilabitur facile, atque dissipatur.  
Quocirca, vt cætus ciuium in ciuitate  
Dei stabilis esset, vniuersum ciuitatis  
multitudinem, Magistratusq; omnes,  
uno capite aspectabili Christus Iesus  
astrinxit: Nam pastores, ad Euange-  
listas: illos, ad Prophetas: istos ad A-  
postolos: hos vero, ad ipsum principē  
huius ordinis Petrum retulit. atq; sub-

B iii ipsius

STANISL. ORICHO.

ipſius curationem, dispensationemque  
ſubiunxit: Atque huic principi Petro,  
in Cæſarea claves cœlestis regni pro-  
misit, qui quidem mysterio non vacat  
locus. nam Cæſareæ nomine, iam tū  
vrbs Roma principi Petro æterna de-  
ſtinabatur ſedes. quæ verè ſola Cæſa-  
rea eſt: cæterarum vrbium omnium  
cum ſit regalissima, cuius etiam rega-  
le ciuitatis genus, eſt veterum Regū  
atque Cæſarum Romanorum domus,  
ſed eas tamen claves, in partibus Cæ-  
ſareæ Petro promiſſas, cœlos ascen-  
ſurus, eidem demum tradidit, hoc edi-  
cto: Petre paſce agnos meos. plus iis  
omnibus quos hic corā adeffe vides.  
Paſce itaque tu: cæteri autem agni mei  
omnes, abs te Petro paſcuntor. ut his  
verbis vtrobique, & imperii, & obedi-  
entiae conſtet ratio. Cum enim ποιηαι  
vei pascendi apud Græcos verbū, ad  
edictum adiunctā habeat poenam, ut  
id vel in primis commonet explicatio  
vocabuli, ac nominis: Profecto, ouiu  
obedientia pari pena, erga hunc pa-  
ſorem

Obedientia  
erga pa-  
ſores.

storem sanctitur. Nam si anima pasto-  
ris debetur pro anima ouis, Ezechie-  
le teste: quomodo ouis contra hūc pa-  
storem contumax, sive singularis inso-  
lentia, superbia, contumacię. pœnas  
non sustinebit: præsertim cum autoris-  
tatem pastoriciam a Christo domino  
audiat illo sanctiri: Qui vos spernit me  
spernit &c. At qui Frici, hic prosyllo-  
gismus uti spero, valebit nobis, quo  
ego te reformatasq; tuas Ecclesias,  
qui à Romano Petro disseditis, infra-  
ingulabo. Sed tamen Ecclesia Catholi-  
ca, nunc eadem est, ut olim fuerat, lez-  
gibus, atq; Magistratibus descripta. Ecclesia  
Non enim bigamus, sed unius uxoris semper u-  
vir Christus Mediator noster est: nō nafuit est  
aliam Ecclesiam habuit Tyberio im= que.  
perante, quam nunc habet Ferdinand-  
do regnante. mutata quidem sunt in  
Ecclesia Magistratum nomina: sed  
illorum autoritas eadem remansit. A  
postoli enim ideo patres dicebantur,  
quia fuerant propagatores Euange-  
lii primi, in quorum locum, quoniam

STANIS. ORICHO.

successerunt Episcopi, appellati sunt filii qui tamē ipsi, constituti sunt principes super omnem terram, multo meliori ordine, atq; modo, quam illorū constituti fuerant patres. Nihil enim simul & viret, & floret semper: ætas, succedit ætati. &, vt Aristotelis verbis utar, quanto posteriores, tāto homines sunt doctiores. semper enim ætas & dies aliquid afferunt noui. Nā illud, quod sub Christo domino, et sub illius Apostolis impolitum, & acerbum suit, id postea, vulgāto per orbē terrarum Christi Euangelio, extulit se aliquando: atq; suam maturitatem consecutum, quam vim haberet, ostēdit: Etenim nec in Iudea docens, provincias villas Christus fecerat: nec Paulus postea, præter circumcisionem, & præputiū, alias dioeceses nouerat: ita ex paruis negociis, magnarum sē per momenta ducuntur rerum: confusq; atq; effecta, præcurrunt distinc̄tis, atq; præfectis, Christus enim dominus Apostolis multo discrimina das o-

tendas omnes gentes cū attribuisset,  
ordine tamen ab illis vt fieret potesta  
tem penes Ecclesiam suā esse voluit:  
Ita quōq; illa Paulina prouinciarum-  
particio,in circumcisionem,& prepū-  
cium,initio nascentis Euangeliī,pero-  
portuna fuit, facta est enim Iudaico  
instituto:qui in Iudea sola verum De-  
um & sciri,& coli gloriabantur:ob e-  
āmq; rem cæteras omnes gentes,quæ  
vt Deum,ita circumcisionem ignorab-  
ant, per summam contemptionem,  
præputium appellabant. Hanc ratio-  
nem Paulus secutus,præputii se Apo-  
stolum prædicabat esse:quod eas gen-  
tes doceret Christum: quibus nihil  
cum Iudeis commune esset. At postea  
quam gentes quōq; ipsæ,per commu-  
nem fidem,in ciuitatem Dei essent ita  
receptæ: vt nihil illis ad coalescendū  
in vnum populum cum Iudeis præpu-  
ci obstareret nomem: vno Deo,vna fi-  
de, vno baptismo obliterata est illa  
vetūs Paulina particio:vt amplius A-  
postolicæ prouinciæ,neq; ex circuncisi-

R v s i o n e

STANIS. ORICHO.

sione, neq; ex præputio: sed ex vniuer-  
sitate Christianorum censerentur: cū  
illa nomina, Circumcisio, & Præputis-  
um, sedicionis plena, luce illata Euans-  
gelii, ex ciuitate Dei Apostolorum  
penè manibus euellerentur: Sola au-  
tem Ecclesia Catholica ex Iudeis, &  
ex gentibus, vna quasi ciuitas quædā  
Iesu Christi, in cūcto terrarum orbe  
potiretur rerum.

CVM qua veteres, patres illi, ab  
Apostolis profecti: eam habuerunt  
rationem, vt propter tot gentium cō-  
**Patriar-** modum, quæ in potestate, ditionē inq;  
**chales se-** Christi venerant, in principib; toti;  
**des qua-** us orbis ciuiratibus, principes sedes,  
**tuor.** quas propter autoritatem Apostoli-  
cam vocauerunt: collocarēt: vt in qui-  
bus vrbibus antea fuerant imperio-  
rum populorum domicilia, in eisdem  
quoc; principes patrum, quos Patri-  
archas Græco verbo appellarunt: sū-  
mum ius in Ecclesia Dei tenerent. vt  
essent summi, & certi patres, per cer-  
tas prouincias dispositi, ad quos, &

Archis.

Archiepiscopi de maioribus rebus  
referrent: & quorum fidem Episcopi  
ab Archiepiscopis oppressi implora-  
rent. Itaque, cum quatuor essent in toto  
orbe autoritate præstantes vrbes, vi  
delicet, Roma: Constantinopolis: A-  
lexandria: Antiochia, in has veteres  
illi, & Apostolicas sedes intulerunt:  
& harum quatuor vrbium sedibus u-  
niuersam Christi Ecclesiam adiunxe-  
runt. Nam & Roma terrarum caput:  
& Constantinopolis, iunior Roma:  
& Alexandria, austri decus: & Anti-  
ochia, arx orientis à vetustiss. mis scri-  
ptoribus appellata fuit. Nam Hiero-  
solimam illam veterem, fractam iam,  
& dissipatam ciuitatem: augustiorem  
maiores nostri arbitrabant esse, qua  
quæ sedis Apostolicæ maiestatem à  
plitudinemque caperet. proinde illam  
priuato Episcopatu insignem, Antio-  
chenæ subiici volebant sedi. Huc acce-  
dit, & illud cum Hierosolymorum ci-  
uitas antiquitus habita fuerit figura-  
rum loco, quæ Christo aduenienti ces-  
serunt,

STANIS. ORICHO.

seruñt, vt vmbra soli: Hierosolymmā quoq; illam veterem, huic nouæ Hierosolymæ, quæ Ecclesia Catholica est, concessisse certum est. Porro, cum de iis sedibus, quas Apostolicas vocamus, agimus: quid quoq; aliud facimus quam ipsius Hierosolymæ, quæ mater est omnium nostrum, principes sedes quærimus? quarum nullam illa vetus Hierosolyma in exiguum redacta vicum potest capere, vt autem in illas principes vrbes, quas supra posui, maiores nostri Apostolicas sedes diuiserint, ex patrum liquet decretis, quæ ego ponam ordine.

DECRETVM CONCILII  
NICAENI.

Græcum contextum Conciliorum' autor ipse ascripserat, quē nos imprimendo prætermisimus quod Latine ab eodem autore refratur ne idē bis repetendo cresceret sine opere prelio uolumen. . . . .

Vetera instituta maneant. Quæ in Aegipto, & Libia & Pentapolitana gesuntur. Alexandrinus Episcopus omnium hos

nium horum potestatem habeat, quā  
doquidem et Romano Episcopo hoc  
conluetum est. Similiter autem & as-  
pud Antiochian, cæterāq; prouinci-  
as honor suus vnicuiq; seruetur Eccle-  
siæ, vniuersaliter autem manifestum  
illud est, quod si quis præter senten-  
tiam Metropolitani fuerit factus E-  
piscopus, hunc talem magna Syno-  
dus censuit non oportere esse Episco-  
pum.

Sed tamen hæ sedes, quarum hoc  
Conciliūm sanctissimum, & omnium  
grauissimum meminit: iam inde Apo-  
stolicis temporibus principes in Ecclæ postolice  
clesia Christi vocabantur sedes. quod ab ipsis A-  
quidem ex Græco hnius Canonis verbo liquet. nam τὸ ἄρχαντον Græcis est, fundate.  
id, quod quapiam in re prima ab origi-  
ne vetustissimum est. At cum hunc  
Canonem à patribus Niceę editum es-  
se constet, Anno Christi Dei nostri  
CCC. XXX. IX. quis negauerit, a-  
liquot seculis ante hunc Canonem, vr-  
bi Romæ, itemq; Alexandriæ, atq;  
Antio-

Dist. lxv  
ca. Mosan  
tius.

STANIS. ORICHO.

Antiochiae amplissimos honores in Ecclesia Christi esse habitos? Nam et Simon Petrus, Antiochiae docens, pri  
mam Ecclesiam sedem interea loci pos-  
suerat: & Alexandriam, discipulum  
Marcum miserat. & Romanum languis-  
ne ipse suo, cum collega Paulo conser-  
vatur, ut dubium non sit, has semper  
in Ecclesia sedes existimatione, auto-  
ritateque prestitisse, quibus postea pro-  
pter autoritatem noui Imperii Con-  
stantinopolitana sedes adiuncta fue-  
rat quarta. Qua de re ponam Constanti-  
nopolitani primi, & Chalcedonensis  
Concilii decreta, quae Concilia tan-  
tæ autoritatis in Ecclesia Catholica  
sunt: ut cum Nicæno, & Ephesino Cō-  
cilio, quatuor Euangeliorum autoris-  
tates adæquentur. Sic ergo habet Con-  
stantinopolitani Concilii Canon.

Constantinopolitanus Episcopus  
habeat primaria honoris post Roma-  
num Episcopū, propterea quod ipsa  
sit iunior Roma.

I AM in Chalcedoniensi Concilio,  
non

non tantum locus Constantinopolitani Patriarchæ assignatur verum etiam iurisdictio eius, quanta, & quam ampla sit, ex autoritate circumscripta est, hoc CANONE.

Vbiq; sanctorum Patrum regulas secuti, & eum, qui modo recitatus est, Canone in C. L. Deo dilectissimorum Episcoporum, collectorum temporum piae memorie magni Theodosii Imperatoris, in Regia Constantinopoli iu niore Roma cognoscentes, eadem & nos desinimus, & decernimus de primatu sanctissimæ Ecclesiæ Constanti nopolitanæ iunioris Romæ: Etenim Throno senioris Romæ, propter imperium eius urbis, patres merito at tribuerunt primatum. & eodem proposito permoti, paria priuilegia assignauerunt iunioris Romæ, sacratissimo Throno rationabiliter iudicantes, imperio, & senatu honoratam ciuitatem, & æqualibus fruente in priuilegiis cum seniore regia Roma, in Ecclesiasticis quoq; illam magnificari reg;

S T A N I S. O R I C H O.

ri rebus, altera cum post illam sit. Quā obrem Ponticæ, Asianæ & traciæ diœcesis, Metropolitas solos atq; eos qui in barbaris sunt, Episcopos, prædictarum diœcesium ordinandos esse decernimus à prædicto sacratissimo Throno, Constantinopolitanę sacratissimę Ecclesię, videlicet, ut quilibet Metropolita, prædictarum diœcesiū, cum conprouincialibus Episcopis, ordinet prouinciales Episcopos, quemadmodum sacris canonibus præcipitur. Ordinator autem quemadmodū dictum est, Metropolitę diœcesium prædictarum, a Constantinopolitano Episcopo, suffragiis de more consonis existentibus, & ad illum delatis.

In horum Conciliorum vt antiquissimorum, ita sanctissimorum Canonibus tria notata digna sunt: vnum est, Ecclesiam Christi, quam Paulus cum Petro & aliis Apostolis in circumcisionem, & preputium diuiserat, patrum grauissima autoritate, in Romanam, Constantinopolitanam, Alexā, drinam

drinam: atq; Antiochenam sedem æs  
qualiter diuidi. Alterum est, veteres  
patres non solum Petri & Pauli: vel  
etiam Marci, quasi præfultorum, in  
magnis ciuitatibus meritum: sed etiā  
maiestatem ipsarum urbium in collo  
candis Apostolicis sedibus fecutos fu-  
isse. Tercium est, Episcopos, à Metro-  
politanis: Metropolitanos vero à su-  
is Patriarchis renunciandos, ac iudi-  
candos esse. Qua de tota Ecclesiæ ra-  
tione ab Anaclet o Papa, qui Clemē-  
ti successit, disertè, copiosèque extat  
perscriptum: qui multis ætatibus Cōs-  
ilia OEcumenica antecessit.

## ANACLETVS PAPA

Distinct. 99.

Prouincię (inquit) multo āte Chri-  
sti aduentum tempore diuīlæ, maxi-  
ma ex parte sunt: & postea ab Apo-  
stolis, & à beato Clemente prædeces-  
sore nostro ipsa diuīsio est renouata:  
& in capite prouinciarum, vbi dudu-  
primates erant legis seculi, ac prima  
iudiciaria potestas. &c.

C      Et in

STANIS. ORICO.

Et infra, Ipsiis quoq; ciuitatibus v;  
locis, nostros Patriarchas vel prima-  
tes, qui vnam formam tenent, licet di-  
uersa sint nomina, leges diuinæ, & Ec-  
clesiaстicæ poní, & esse iusserunt: ad  
quas Episcopi si necesse fuerit: con-  
gerent: eōsq; appellarent, & ipsi nomi-  
ne primatum fruerentur. Relique ve-  
ro Metropolitanæ ciuitates, quæ ini-  
nores iudices habebāt, licet maiores  
ciuitatibus essent, haberent Metro-  
politanos suos, qui prædictis iuste ob-  
bedirent primatibus, sicut in legibus  
seculi ordinatum erat. qui non prima-  
tum, sed Metropolitanorū nomine  
fruerentur.. Hæc ille.

Atqui in hac prouinciarum par-  
titione, præter quatuor eximios in  
Ecclesia Christi, nullos alios Patriar-  
chas principes esse, Africanum Con-  
cilium testatur infrascriptis verbis.

Nulli Archiepiscopi primates vo-  
centur, nisi illi, qui primas sedes tenet  
quarū Episcopos Apostoli, eorumq;  
successores regulariter Patriarchas,  
vel

vel primates esse constituerunt.

Iam vero diuisas esse horum Patriarcharum, ratâq; semper fuisse in Ecclesia Christi eorum iurisdictiones, Concilium Constantinopolitanum pri-  
mum, declarat dilucidè.

Extranei Episcopi exteris Ecclesias non inuadant: neq; eas confundat sed præscripto Canonum, Alexandri et quidem Episcopus, res A Egyptiolum administret. Orientis autem Episcopi, orientem tantum gubernet ieruatis priuilegiis Antiochenæ Ecclesiæ, iuxta Canones Nicænos.

Iam vero pro Patriarchali ratiōe, patriarchaliter iurisdictionem, non illam suminam chaleus, pastoriciam: quæ suo complexu vniuersam Ecclesiam Christi, quasi puncti instar continet, de qua dicimus posterius: sed hanc Patriarchalem, quā singuli in Patriarchatibus, exercent, consideres: eandem proportionem, comparationemq; habet ad suum Patriarchatum Constantinopolitanus, Alexandrinus, atq; Antiochenus Pâ

C ii tri

STANIS. ORICHO.

triarcha, quam habet Romanus ab occidentis sui Patriarchatum. Nam ut hic ordinat omnem occidentis statum, pallium cum Metropolitanis suis communicans: sic illi tres, Metropolitanos habent suos: per quos provincias suas administrant. At qui pro hac ratione, apud Ecclesiam Christi peræqua proportione ius Patriarchi cum inter hos quatuor par esse Pelagius Papa tradit.

Nullus Patriarcharum vniuersitatis vocabulo vñquam vtatur. quia si summus Patriarcha vniuersalis dicitur Patriarcharum nomen cæteris derogatur. Sed absit hoc à fidelibus. hoc si bi velle quempiam arripere, vnde honorem fratrum suorum imminuere, ex quantulacumq; parte videatur. Quapropter charitas vestra nemine vñquam, etiam suis in Epistolis, vniuersalem nominet: ne sibi debitū subtractahat, cum alteri honorem infert in debitum. Hæc Pelagius.

GRE

GREGORIVS EVLO-  
GIO PATRIARCHAE ALEXAN-  
DRINO.

Ecce in præfatione Epistolæ, quā ad me ipsum, qui prohibui, direxistis, superbæ appellationis verbum, vniuersalem me Papam dicens, imprimere curastis: quod peto mihi dulcissima sanctitas vestra ultra non faciat. quia vobis subtrahitur, quod alteri pluribz ratio exigit præbetur. &c. Et infra, Si enim me vniuersalem Papam vestra sanctitas dicit: negat se hoc esse, quod me facit vniuersum. Sed absit hoc, recedant verba, quæ veritatē inflant, & charitatem vulnerant.

Præclara, & digna veterum Pontificum mansuetudine sententia, quæ & antiquorum Paparum æquitatem: & moderationem, & recentium quorū dam diritatem, atqz immanitatē per spicue declarat. Fuerunt enim in urbe Roma Papæ, qui commune Patriarchalē publicum Patriarcharum quod erat,

C iii omne

## STANIS. ORICHO.

Papa qui omne id ad suum commodum, fastum  
dam aqua que conuerterunt. Quia ianæ ambitio  
litatè p. ne, ut illi veritatem Patriarchalem in  
triarchas hauerint: & charitatē vulnerauerint,  
sem uo. tot incommoda, atq; diuīdia, quibus  
lant. assidue affligitur Ecclesia Christi, te-  
stantur. Sed erit fortasse huic conque-  
stioni aptior quidā locus. Igitur nos  
tatis autoritatib; adducti, sic æquato  
honore has Patriarchales sedes in re-  
gno Dei venerēur, vt q̄squis has sedes  
vnam, & alteram, omni suo flagitio la-  
cilegiōq; violauerit, atq; earum ius,  
& officium imminuerit, & ab illis le-  
cesserit, illum in hostium Christi nu-  
mero habeamus. Hęc est enim illa Ca-  
tholica Christi Ecclesia, quam Sym-  
bolo profitemur Christiano: quæ in-  
tra hos Patriarchas, tanquam parie-  
tes quatuor inclusa, domicilium sum-  
mo Deo præbet: & in quadro posita,  
portis distinta quatuor, nōtes, atq;  
dies humano, vndiq; patet generi. vt  
his patentibus portis, filii Dei, in qua  
trō eccl̄i plagas dispersi, confluant in

Catholica  
Ecclesia.

77294

vnam, sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam: in qua suminus ille sacerdos Christus Iesus, assidue fūgens, lingua atq; ritu vario sacerdotis sui, munera, semper habet in prōptu Apostolos, & discipulos suos, quorū ministeriis, tanquam pluviis salutari bus, Ecclesiam suam irrigat, auget, & enndat. Hæc nos de Ecclesia Christi sentire par est, ò omnīū hæresi infatu ate Frici: hæc etiam de illius vniuersitate nos tenere, credere, ac docere fas est. Illas vero Helueticas tuas, multis modis deprehensas imposturas, constanter repudiare, & fortiter ius est: quibus Ecclesia Christi, regnum autem Dei oppidò in augustum cogitrita, vt iam vobis Heluetiis, extra Tygurim, & Geneuam, Ecclesia Catholica, vbi pedem ponat in suo, nihil vspiam habere videatur loci.

Quod quoniam falsum, & contrariū Symbolo Christiano est, ideo has fabulas, ne Homero quidem ipso Medius fidius dignas, missas faciamus: &

C iiiii Eccle

STANIS. ORICHO.

Ecclesiam Catholicam, toto terarum  
orbe latè, longeç diffusam, quatuor  
Patriarchatibus maxime insignem, a  
gnoscamus: in qua, ut cum Deo secun-  
duim spem vocationis nostræ dignè a-  
bulemus. Cognitis Patriarchis, atque  
comparatis inter se, Patriarcharum  
caput restat ut cognoscamus; & cum  
sibi subiecto corpore illud compare-  
mus: quandoquidem hæc regula Ec-  
clesiæ Christi est: ut supra est demon-  
stratum: omnem Christianam multi-  
tudinem, ut uno constet in cœtu, certo  
principio, & quasi capite necessario  
astringendam esse. aliter enim Conci-  
lia, & cœtus hominum, quamvis iure  
sociati, dilabuntur.

Habemus Apostolos. id autem est  
Patriarchas, quasi columnas quatu-  
or, in quorum innixa humeris cohe-  
ret Ecclesia Christi. post hos proxi-  
mo loco Prophetæ, id autem est Me-  
tropolitani: tum Euangelistæ, id est E-  
piscopi. postremo Pastores, et Docto-  
res, id est presbiteri ordine consequi-  
tur,

tur. ita ut ex Paulina descriptiōe nul-  
lus ordo, neq; Magistratus, ne nunc  
quidem absit ab Ecclesia Christi. ut  
autem hæc multitudo omnis vno a-  
stringatur societatis capite, amplius  
differendum est: vnde liquido appare-  
bit, illum ipsum Petrum, quem verti-  
cem, atq; os Apostolorum, cæterorū  
q; ministrorum Ecclesiæ Chrysostos  
mus appellat, cum omni vi, potestate  
q; sua etiam nunc in Ecclesia vnuere. I  
tāq; qui Petri pastorīcum inter Pa- Petrus  
triarchas teneret locum, magna fuit Romanus  
priscis etiam temporibus in Ecclesia  
dubitatio. nec sine magnis motibus,  
inter veteres patres agitata. Nam qui  
penēs vrbe Romam priscum impe-  
rii nomen manere volebant: Petri pa-  
storatum in vrbe Roma, tanquam in  
arce omnium gentium communi: col-  
locabant. Qui verò imperium cum  
Constantino Imperatore Constanti-  
nopolim transferebant: in eam quoq;  
vrbem sedem Petri pastoriciam infe-  
reabant. Ita Græci recenti, Latini ves-

C v teri

## STANIS. ORICHO.

teri imperio pastoratū sibi asserebāt  
hec vlla alia causa, quam contentione  
iplarum vrbium inter ipsas, hæc diu  
dicata controvërsia est, quod tam Ni  
cæni, Constantinopolitanique, quam  
Chalcedonenlis Concilii autoritatib  
us supra est demonstratum. in quib⁹  
vrbis Romæ, princeps Ecclesiæ sedes  
est attributa, ita tamen, ut id patrum  
placito potius, quam vlo Dei expres  
so mandato factum esse videatur. Et  
enim cum patres amplissimi illi, Apo  
stoli inquam ipsi, qui enim poterant a  
liicet summo pastori Petro certum vite  
domicilium quererent, ad quem vni  
uersitas gentium, atq; nationum om  
nium pariter, æ qualitēr q; pertineret,  
vrbem Romam Petro pastori potissi  
mum delegerunt: vnde, tanq; ex spe  
cula, gentibus fidei, ac salutis lumen  
Petrus assidue pferret. quod ea vrbis  
& nomine imperii esset in orbe terra  
rū celebratissima: & loco ipsa ad res  
gerendas oportunissima. vltra hæc e  
tiam ad hunc probandum locum, ma  
gnam

gnam vim, magnam religionem maiori bus nostris afferebat interea loci Simonis Petri, pro Christo fuisus lans guis. Nec vero sedem Pastoriciam pri main, ex autoritate, verbi Romae ita ubi p<sup>ro</sup> attributam esse arbitremur, ut eas si in trusib<sup>us</sup> aliam ciuitatem translata forte fuerit Roma. omnem vim, potestatemq<sup>ue</sup> sitam sit amissura. Nec enim pastoratum Petri idem esse existinemus, quod Delphicu m oraculum: aut Amphirai, Hamonisq<sup>ue</sup> antrum apud gentes impias olim fuit. Nam Delphos quidem, non aliam ob rem honorauit fama Græciæ, nisi quod illa Pithia, quæ furiosa loco, responda Delphis dabant, alio trans lata, absque tripode frigebat usitata. Nec enim alibi, quam Delphis preter tripoda, Delius ille ardebat furor. Idem de Amphiarai Hamonisq<sup>ue</sup> cortina sentiendum est: unde avulse vatum ignaræ mentes, pristino furore carebant. ut idem de urbe Roma sentiam<sup>us</sup> esse, inibi tantum pascendi vim, quæ ad salutem ouium Christi in animos illabere

STANIS. ORICHO.

illaberetur pastorum: & nusq; præter ea alibi gentium. quod credere, ac tenere, hominum est, immensam potestatem Dei, angustis finibus, circumscribentium. Quapropter, impuros quosdam homines, auctorēsq; fūtiles, ut homines mente captos, repudiem⁹ qui ita Petri sedem, veluti possessionē quandam, Romanæ vrbi adiurant: ut si hæc sedes alio emigret ex vrbe, ac domicilium commutet: mox periclitetur omnia Petri iura: nihil valeant illius claves: soluendiq; atq; ligandi portas euaneat. postremo ipsum passendi Petri munus cum vestigio obsolecat. At quoniam, non locus Petrus: sed Pastor Petrus loco illi auctoratatem tribuit, illud positum sit: Cum Petri pastoris nomen vniuersitatis sit Romanumq; imperium ad prædicacionem Euangeli diuinitus delectum abiat: vniuersum, vhicūmq; terrarum pastor Petrus pedem intulerit: ibidē Romam esse cum omnibus iuribus, atq; priuilegiis pastoriciæ sedis, quæ presb;

πρεσβεῖα Græci appellant:

Antiquitus certē quidem maiores nostri pastoratum Petri in vrbe Roma ad eum finem locabant: ut in principe omnium gentium vrbe, esset vno ille: & Cephas, & Petrus dux Domini gregis: pastor ouium Christi: ac Iesu Christi vicarius, cuius autoritate Ecclesia Christi vniuersa, in officio contineretur, quem duceat sequeret: qui etiam quæstiones legis, patru in conuentu ratas faceret, deniqz, qui Ecclesiam sectis dilabi non sineret. Quæ res tantum apud maiores nostros valebat, vt magna illa, atqz mirifica Syndodus Nicæna, Arriū ter hæreticū, propterea condemnauerit, quod is a Syluestro Romano Petro de sacratis simæ trinitatis natura dissenserit. in Ephesino quoqz Concilio, A Egiiptiorū Episcopi impietatis condemnantur, quod Leonis, Romani Petri autoritatem, de incarnato verbo ad condensationem Nestorii non fuerant secuti. Prætereo alios, Romanos Petros, quorū

STANIS. ORICHO.

quorum in condemnandis hæreticis  
princeps extitit autoritas. ûde liquet,  
Romani Petri, pastoris autem iummi  
**Officium** **Petri.** illas fuisse præcipuas parteis, Concili  
um Pontificum cogere, & illi preuide  
re. causas Episcoporum cognoscere,  
& illas in integrum restituere. ordinē  
inter Ecclesiæ ministros præstare, &  
illos in officio, vel locordes excitare:  
vel proteruos coercere. & breuiter,  
huic soli Romano Petro, pro Christi  
præcepto ex autoritate prima ab ori  
gine Ecclesiæ datum est: ut is in vigili  
a Ecclesiæ Catholicæ positus, unus vi  
gilaret pro omnibus: siue Concilium  
res posceret: siue iudicium Episcopos  
rum Ecclesia flagitaret. siue quid ordi  
nandum inter ministros Ecclesiæ fos  
set. prora: atq; puppis, deniq; & cun  
cti Ecclesiæ hic Petrus Romanus,  
Ecclesiæ Dei, tam secundis, quam ad  
uersis in rebus fuit est eritq; semper,  
vel concidat omne cœlum totutq; in  
hæreticos sceleratas, & impios illaba  
tur orbis, in pauidum hunc tamen Re  
trum

trum fuerint ruinæ. Ac de Concilio quidem cogendo, vel hæc sola testat̄ res, eius habendi summam potestate ē esse penes ipsum hunc Romanum Pe trum, quod tot regum, atq; imperato rūm, populorūmq; omnibus votis cō cilium tot seculis expertentiū, frustra ad huc in eo cogendo, hoc solo inuito elaborauerit industria. vnde aperte liquet, in domo Dei Romanum Pe trum præcipuum procuratorem esse: & penē dominum. ac iuris Iesu Chris ti vicarium, cū illi inuitissimo in Ec clesia, vi extorqueri e manib; nihil possit. Cæterum in iudicandis Episco pis, sumnum ius penes Romanum Pe trū esse, vetustissimi Sardicensis Con cilii infrascriptus testatur Canon.

Osius Episcopus dixit, Placet si q;s Episcopus accusatus fuerit, & Episco pi prouinciales gradu illū mouerint, & ille appellando confugerit ad bea tissimum Romanæ Ecclesiæ Episco pum, si illum audire voluerit, & istū esse, duxerit, in integrum quæstio nem

STANIS. ORICHO.

hem illius restituere, vicinis dignabili-  
tur scribere Episcopis: ut illi diligenter:  
& exacte scrutentur singula & iuxta  
veritatis fidem, de causa decernant.

Neque tamen eam iurisdictionem in  
Episcopos, tanquam dictator, aut auctorita-  
tis ex lege quispiam Romanus Pon-  
tifex exercebat: ut ille seuerius Episco-  
porum iudex, alios in se iudices seues-  
ros esse nollet. Sed cum ille singulorum  
priuatim iudex esset: iudicari tamen  
publice, nisi ab universis in Ecclesia  
non poterat. Nam & Damasus de adulterio accusatus, publice causam apud patres dixit: & Sixtus iii delatus a Basso, in Episcoporum iudicio absolvitus fuit. Et Ioannes xiii propter immania, & sacrilega facinora, patrum autoritate Pontificatu pulsus, a gubernaculis Ecclesie fuerat remotus. Longum est, & non necessarium aliorum Pontificum exemplis ut quibus constat, Romanos Pontifices ita iudicasse alios Episcopos, ut ipsi quoque aliorum Episcoporum iudicio inuicem essent subiecti.

Quæ

Quæ in Ecclesia Christi in columis dū  
staret disciplina, iure tū ipsius Eccles-  
ię autoritas grauis habet: iure etiam  
apud omnes gentes per æquę illius flo-  
rebat nomen. cum Patriarchæ qua-  
tuor vni ē sinu suo diuinitus delecto,  
ita in communi officio parerent: vt vs-  
bicūmq; hic vnu terrarum esset, ibi  
esset omne Ecclesia: præsidium, vel po-  
tius ipsa Ecclesię in qua eandem potest  
statē in vnum exerceret vniuersi: quā  
ille in eorū singulos exerceret vnu.  
qui propter eximiā præstantiam, Pa-  
pa, id est, pater patrum appellabatur,  
qui solus ita subiiceretur Ecclesię vni-  
uersitati: vt vniuersis tamen in Eccle-  
sia imperaret. quę parendi, atque im-  
perādi par, atq; mutua ratio, quam-  
diu usque quaque in Ecclesia Christi  
valuit, Ecclesia ipsa vt erat, ita dice-  
batur: vna. nō erat alia, necq; hęc Or- Ecclesia  
thodoxa, illa vero schismatica voca- unde una  
batur. sed cum re ipsa, tum omnium e-  
xistimatione vna cum esset, Catholi-  
co nomine erat insignis, in qua Deus,

et Dominus noster Christus Iesus, so-  
lus iūminus pontifex, solus vniuersa-  
lis habebatur Episcopus. sub quo Pō-  
tifice magno, atq; sacerdote summo  
fuerant diuīsa ritu vario Ecclesiæ mu-  
nera: in Patriarchas, Metropolitas,  
Episcopos, atq; presbiteros: qui gra-  
datim Apostolorum, Prophetarum,  
Euangelistarum, Pastorum, atq; Do-  
ctorum in Ecclesia Christi teneret lo-  
cum. Qui vt pro salute Ecclesiæ com-  
muni, pro eo, ac deberent excubare,  
nēue quid cessarent, hic illis a Chris-  
to datus fuerat Petrus, qui Roma,  
& Apostle, & Pastor esset. Apo-  
stolus inquam, quia suę sedis Aposto-  
licæ in vrbe Roma antistes erat. Pa-  
stor, quia ad eum ordinis, atq; iurisdi-  
ctionis Ecclesiasticæ summa pertine-  
bat. At nunc conuersa hæc ratio om-  
nis est. Nam nunc quidem decretales  
Pontificiæ, Patriarcharum cōmune  
quod erat, id per vim, & scelus auer-  
tū in urbem Romam, ad Patriarchi-  
atum, quo sit, vt irati, Græci Alexi-  
drii

Causa  
Schismatis  
rus.

drini Antiochenicꝝ Romanum Papā  
non iam pastorem, sed crudelem quē  
dam tyrannum esse autem qui ius-  
tra neget sibi esse nata: & nihil non ar-  
roget armis: hominūmꝝ callidorum  
commentis. Itaqꝝ iummo cum Eccles-  
iae detimento: dum par refertur pas-  
ti, cum Patriarchico iure, ius quoqꝝ  
pastoricium evanescit. nam, vt apud  
Romanos, viluit autoritas: ita apud  
reliquos Patriarchas, propemodum  
iā summi pastoris evanuit maiestas.  
Ex qua illorum mutua contempiōe,  
altercationēqꝝ inter ipsos, extitit dissī-  
dium illud quasi linguae, & cordis. vt  
cum corde credamus, Ecclesiam Ca-  
tholicam quatuor Patriarchatibus,  
tancꝝ quibusdam columnis nixam es-  
se, lingua tamen profiteamur præter  
Romanum, tres reliquos Patriarcha-  
tus latissimos, amplissimōs qꝝ ob schis-  
sima spretos, & pulios ex Christi Ec-  
clesia esse, tantumqꝝ ambitio, indigna  
sacerdotibus Christi ad errorem val-  
uit, vt venientes à Gr̄c̄is, ad Latinos,

D il quasi

STANIS. ORICHO.

Reba quasi baptisati non essent, ab integro  
ptizatio baptisentur. aliter ne honore quidem  
Græcorū sepulturæ illos intra Ecclesiam suam  
dignantur Latini. Idēmque sāpe vñi ve  
nit apud Græcos ipsis etiam Latinis:  
sed nec in Ecclesiam tantum commu  
nem incommodū hoc, detrimentūmq;  
redundat: verum etiam in ipsas ciui  
tates, atq; gentium resp̄publicas. Que  
re enim Moschouitarum tyrannum,  
quæ nam illi sint cum Polonoruī re  
gno bellorum causæ: non aliud respō  
debit opinor: nisi quod Poloniā, Schi  
smatico subiectam Papæ, Moschouie  
Catholicæ anteponi fas non esse: Idē  
dicet Valachia, Dacia, olim dicta: idē  
quocq; vicina huic Tracia responde  
bit. Sed quid ego extrarias gentes cō  
memoro: quasi intus nobis domi de  
sint exempla. In Roxolania enim vi  
uimus cum Græcis, atq; Armeniis cō  
trouersi: &, quasi distemus plurimum  
alteri in alterius professionem insul  
tamus vehementius. ut hoc dissidio,  
atq; dissensione illa scisso tunicae incō  
sutilis

sutilis Christi, à cohorte prætoria sub  
cruce olim attentata, nunc demum in  
Ecclesiam ab istis nostratibus Patriis  
archis videatur esse transacta. vt ea  
tunica quæ sorte ad vnum quondam i  
deo peruererat: vt omnes pariter te  
geret: nunc nudatis partem maximā  
sociis: vix iam illius vnius principis  
verenda contegat. vt iam formidans  
dum sit, ne ex dissidio optimatiū Ec  
clesiæ, hæc Christi curta, mutilatāq;  
tunica, nisi Tridenti nunc laxetur, ne  
ad vnum illum principem deniq; tes  
gendum, tuendūmq; parum ipsa per  
se sufficiat: qui pro socio damnari ma  
luit: quam æqua parte de communī di  
iudacando esse contentus. Sed tamen  
ego hoc loco scire ex iis velim: qui ad  
vnum in Ecclesia defferūt omnia, qui  
nam putent Concilium OEcumenicū  
Tridenti nunc haberis: si ut schismati  
ci absunt ab illo iudices OEcumenici  
illi reliqui tres, sine quorum scriptio  
nibus in Conciliis OEcumenicis ra  
tum nihil est more maiorum. An ego  
D iii OEc

Concilium  
OEcumenicū  
nam quid  
nam est.

STANISL: ORICHO:

OEcumenicum id esse deputē: quod occidens, absq; oriente, meridie, atq; Septentrione voluerit, iusserit, ac p̄ lege pertulerit solis: profecto tam hoc mihi OEcumenicum erit: quam est Ecclesia OEcumenica, pars terra rum orbis, soli occidenti subiecta. Ac prisca quidem Concilia ideo OEcumenica dicebantur, quia illis præsidebant Romanus, Constantinopolitanus, Alexandrinus, atq; Antiochēus Patriarchæ, iudices videlicet atq; subscriptores OEcumenici, qui sunt communes Ecclesiæ Catholicæ longè, latèq; per omnes regiones habitabiles diffusæ, custodes, atq; præsides. Nec verò alia causa est, cur Gangrense, Laodicense, Mileuitanum, & eiusdem generis alia Concilia OEcumenica non dicuntur esse, nisi quod in iis nec quæstiones ferē semper proponebantur OEcumenice: nec etiam iudices illi quatuor interfuerunt OEcumenici. Contra verò Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum, atq;

Chalcedon

Chalcedonense Concilium, uti reue-  
ra fuerūt, ita dicuntur esse OEcume-  
nica Concilia. habebant enim & quæ  
stiōes & iudices, et subscriptores OEcumē-  
nicos: propter quorum summā  
autoritatem, tam dissentire nobis ab  
illis Conciliis non licet: quam ab Euā  
gelio dissentire licet nemini. Qua de-  
tota re ut me expediam paucis, ex  
Conciliarum OEcumenicorum pros-  
logo libuit ad verbum hęc ponere.

Sciendum est, quia & reliquæ Sy-  
nodi, quas recensuimus pariter, cum  
his OEcumenicis ab Ecclesia recipi-  
untur: & omnia ab his deffinita, pro  
Apostolicis legibus Ecclesia censet.  
OEcumenicæ autem ideo appellatae  
sunt hæ solæ quinqꝫ Synodi: quia ius  
su imperatorum, Patriarchæ ex cun-  
cto Romano imperio, fuerant conuo-  
cati: et per se ipsi affuerunt: aut locum  
tenentes suos miserunt: & quod, in  
qualibet harum quinqꝫ Synodorum,  
de fide agitabatur quæstio, ac suffra-  
giū, & definitio decreti prolata fuit.

D iiiij Cum

STANIS. ORICHO.

**T**ridentis-  
num Con-  
cilium. **C**um igitur Concilium OEcumeni-  
cum aliter non constet: nisi quæstio-  
ne, iudicibus, atq; decretis OEcumeni-  
cis: quæso, obtestorq; hoc in loco  
Tridentinos patres, prouideant, ne  
quæ exceptio hæreticis ab illis detur,  
aduersus illorum conuentum. versan-  
tur nunc Tridenti quæstiones, quas  
nemo negauerit OEcumenicas esse:  
pertinent enim ad Ecclesiæ Catholi-  
cæ statum. vt sunt de Pontificali auto-  
ritate: de Sacrificio: de Cæna: de Sa-  
cramentorum numero de Fide: de O-  
peribus. & breuiter, nihil priscq; fidei  
ac religionis antiquæ est, de quo hoc  
tempore hæreticorum culpa non am-  
bigatur Tridenti. ita vt etiam Sacra-  
tissima Trinitas ipsa, post Arriū ter-  
maximum hæreticum illum, nunc de-  
nuo ab istis magistris autorib; que  
Heluetiis in dubium, incertumq; re-  
uocetur. Sed ad has quæstiones vtiq;  
OEcumenicas diiudicandas: quos tā  
dem alios OEcumenicos adhibebi-  
mus iudices, si illi tres reliqui, vt Schi-  
smatis

sinatis à Concilio absuerint Patriar-  
 chæ: Nam si quis dicat, Pium iiii Pa-  
 pam Romanum iudicem, & subscribit Pontifex  
 ptorē eius Concilii, etiā si reliqui ab Romanus  
 fuerint, ipsum per se futurū, id quidē *idolatria*  
 nihil est. Romanus enim Papā (ō rē *reus*,  
 indignam) citatur nūc ab istis *idolola-*  
*triæ reus*. causāmq; de maiestate di-  
 cit Qui ergo conuenit ut idem sit in e-  
 odē *crimine*, & *iudex*, & *reus*? Quod  
 si autem quis ipsam occidentis Eccles-  
 siam in Papam det iudicem, ne id qui-  
 dē aliquid est. Tota enim rea ab hęre  
 ticiis citatur Latina Ecclesia, vscq; ade-  
 o, vt tu etiam Andrea Frici Volbo-  
 rii, apud Jacobum Vchanicum, dum  
 cōtendimus, Papam manicis post ter-  
 ga reuinctum, compedibūsque cōstri-  
 ctum; coram regibus, ac tetrarchis,  
 populisque cum sua cohorte Pontifis  
 cali impura, sic enim dicebas, ad cau-  
 sam dicendam, vt furem, & latronē,  
 ex ergastulo representandum esse in  
 Concilio Tridentino cēsueris, neque  
 cōmittendum, vthomo peccati, hostis

D v autē

STANIS. ORICHO.

autē Christi, ius in reges, atque princi-  
cipes, Christianosque populos, reus i-  
ple maximorum criminum cū sit, ius  
Tridenti dicat. Hæc tua tum fuit, te-  
stori Vchanicum ipsum, Frici oratio  
speciosa verbis: impia tententiis. sed  
hoc videro posterius. Cæterum os ih-  
sud diaboli filius sceleratus, Achilles  
autem tuus, Ioannes Caluinus, nunc  
libro edito ,Concilium Tridentinum  
Cōciliabulū ppter ea vocat: quod ne  
q̄ fas, neq̄ ius esset: vt is iudex in reū  
sedeat, qui grauissimis criminibus ah-  
**Iusta Ha-** reo ipse supponitur reus! Quamobrē  
**reverorū** vt integro iudicio, sine exceptione,  
**condemn-** hæretici condemnentur à vobis ò san-  
**patio.** ctissimi patres Tridentini, vos enim  
appello, qui in illam ciuitatem summi  
pastoris vocatu conuenistis: detis os-  
peram, vt reliqui Patriarchæ OEcus-  
menici in vestro cætu ad sint, qui vo-  
biscum vna ex autoritate cognoscāt:  
num in inissa sacrificium corporis, &  
sanguinis dñi p viuis et defunctis, mini-  
sterio Pii iiii offerri idolatriæ sit cri-  
men:

mē. Quod vbi fuerit factū nihil ad ex-  
cipiēdū cōtra veltrā autoritatē reliq;  
t istis loci. Ob: muteliceret os blasphemū,  
sceleratorum istorum clamoribus e-  
tiam ipsius orbis terrarum aut frans-  
gentur, aut profligabuntur filii augu-  
raticis, isti qui nunc orientis fide, à  
qua sunt alienissimi, c ontra vestram  
Latinam Ecclesiam dum pugnāt, cir-  
cumueniunt imperitos. nullus iam i-  
stis nebulonibus tergiuersandi super-  
fuerit locus: si quatuor Patriarchæ,  
hoc est, orbis ipse terrarū: Tridēti cō-  
paruerint, quasi Dii quidam quatuor **Tridentis**  
in vestro cætu. Quod quidem spero **ni conciliij**  
confore. vidimus enim nuper Leopo **autoritas**  
li in Roxolania Galatiæ Archiepi- **summa,**  
scopum, Constantinopolitani Patri-  
arche **τοποθετήσ** Tridentum, cū sum-  
ma potestate designatum: qui è Leo-  
poli Vilnam ad regem Polonum fles-  
xerat iter: oratum regem; ne Maie-  
stas sua Roxolaniam hæreticorum te-  
chnis ab ea fide pateretur abduci:  
quam constanter Constantinopolita-  
na Iedea

STANIS. ORICHO.

na sedes cum Romana sede profite-  
retur vnanimis. Berardus etiam Bon-  
ioanes vir clarissimus idemque Lega-  
tus in Sarmatia Apostolicus, in Var-  
schauensi Synodo, apud Polonicos  
patres nuper confirmauit: Alexan-  
drinum atque Antiochenum Patriar-  
cham à Pio <sup>iiii</sup> Tridentum ad Concil-  
lium euocari. Quod si fit: per iustis, in-  
teriustis occidistis, ô vos scelerati sa-  
cramentarii ad unum omnes: & ut quo-  
dam per Mosen vento vrente, & ab  
occidente vehementissimo flante, lo-  
custæ Aegyptiæ præcipitatæ erant  
in altum: sic vos sceleratos & impios  
hæreticos Pii <sup>iiii</sup> congregata cum lo-  
ciis præstantissima autoritas, præci-  
pites in abyssum ab occidentali Eccle-  
sia primo quoque tempore dabit.

Sed ego dum Petrum Romanum,  
Petriques locios glorifico, longius ora-  
tione, quam par fuit, prouectus sum.  
Redeo itaque ad illud, quod de pasto-

Petrus ea  
pet in Ec  
clesia  
Christi.

re summo institueram dicere. eo vide  
licet gradu honoris, & potestatis illu-  
esse

esse in Ecclesia Christi, ut etiam si pa  
triarcharum, aut denique sacerdotum  
omnium superstes sit nemo, hoc vno  
tamen saluo & incolumi Petro, salua  
& incolus sit Ecclesia Christi, hoc  
vero sublato de medio, Ecclesia re  
stet nulla, carebit enim aspectibili, &  
principio, vnde predeat: & capite quo  
astricta in cætu permaneat. Hic enim  
suo ministerio cum sociis nobis, cœlū  
Deumque conciliat: hic terras regit:  
hic Ecclesiam colligit: hic oves Chris  
ti pascit: legem exponit: Euangeliū  
tradit: patrum decreta custodit: tem  
poribus mysteria diuidit: seriem Ec  
clesiae ostendit: vtque noua, veteribus  
succedant, definit. postremo, quid sa  
crum, quid prophanum sit in Ecclesia  
præscribit, demonstrat. Iam vero in  
tanta scriptorū, opinionūmque turba,  
quam quæso pietatem haberemus, si  
ne hoc præmonstratore, atque magi  
stro? An in repub: Platonis erit alis  
quis, qui opiniones hominum, quasi principis  
cibos, experdat, ne noxiæ pro salutari testes in  
bus Ecclesiæ.

STANIS. ORICO.

bus in ciuitatem inferantur: in Ecclesia Christi erit nemo, qui fallacias hereticas, a Catholica veritate possit ex autoritate secernere: Et vero tanto magis is erit in Ecclesia opinionum, quasi, pregestator quidam unus, quanto haereses venenis ut occultiores, ita sunt nocentiores. Ac mea quicquid sententia, si quis hunc Pastorem & illum munus aspiciat, vel ob id maxime illum diuinitus datum esse Ecclesiae dicet, ne Ecclesia Christi illo custode, et pietate dissiparetur sectis. Quia enim causam aliam possumus afferre, cur in omnium temporum, seculorumque memoria, una tantum Ecclesia Christi semper fuerit, nunquam duæ, nec plures: nisi quia unus aliquis semper in Ecclesia fuit, humanarum opinionum moderator, atque celorum, cum quo eiusdem rationis, atque pietatis collecti homines, Ecclesiam reddebat unam. Nam & prima hominum progenies, Abel & Caim, sub primo parente, eodemque sacerdote Adamo fuit; a quo de sacrificio ei

eo cum dissensisset Caïm cedēç abelis  
pteret fecisset, ex illa Ecclesia quæ  
tū erat, in perpetuū ab Adamo patre  
exterminat⁹ fuit. Sic Noe, alter huma  
ni generis p̄r̄ēs, Ecclesiæ cōmunionē  
tuebat in arca. quā cū diuidere Chā co  
naret, de ceto patris, fratrib⁹ addict⁹  
p̄teruo fuit. Quid ego nūc patres vete  
res illos, Abrahamum, Iсаac atq; Iа  
coh commemorem: qui proteruos li  
beros etiam ipsi suos eiiciebant ex fa  
mita: ne reliquias domesticis ad com  
munionem Ecclesiæ tuendam illorum  
ebstaret contagio. Iam Moses, dux,  
atq; liberator dilecti populi, quid, &c  
in A Egypto contra Magos, & in de  
serto contra impios, non fecit: ne illa  
Israelis ad pietatem cum Mose con  
sentiens multitudo, prauis impiorum  
opinionibus scinderetur in parteis.  
Sed ne multus in exemplis sim: ad nos  
nam legem veniam, cuius vetus, vt vmb  
ra soli, concessit. Quis quæso aduen  
us ad nos Christi aliis finis fuit: nisi *Christus cur uenit*  
*ut is aduentiens filios Dei dispersos,*  
*in ynum*

STANIS. ORICHO.

In vnum colligeret: & illos erroribus  
liberaret: quod etiam est glorioissime  
& magnificentissime ab illo factum.  
nam ipse & in Iudea, per se: & extra  
Iudeam, per Apostolos suos ex multis  
disperatis Dei filiis, unan, sanctam,  
Catholicam, & Apostolicam Ecclesi-  
am fecit. cui ultra Euangeliū, spiri-  
tum etiam sanctum interpretēt Euā-  
gelii dedit: pastorēmque insuper vnum  
illi imposuit: qui & communione  
Ecclesiæ præstarat: & hęreis ab Ec-  
clesia prohiberet. Ergo vna, & eadē  
Ecclesia sub Christo, eiusque vicario  
nunc est: quæ sub Adamo illo primo,  
quæ sub Patriarchis, quæ sub Mose,  
quæ sub Prophetis fuit. quod nos  
soli Deo referamus acceptum, qui v-  
nius alicuius prouidentia, prima ab  
origine, per varios casus, per tot dis-  
crimina rerum Ecclesiam suam ad  
nos usq; propagauit.

Atqui nos hic pastor, quo de agis  
mus certos facit, ut sciamus, vbi gens-  
tium simus: & quam Ecclesiam habe-  
amus.

amus. Nam ut ille in locū Christi suc*ce*p*er* petrus  
cessit ita Christum Molis, & Prophē Romanus  
successisse, idē nobis ostendit quod *veteris*  
qui negat, p*œ*na, non causa est a no*n* Ecclesi*a*  
bis retellendus: Quod si quis hoc pa*re* coniunctio  
store, ac vicario Christi remoto, alios nem*cum*  
pastores sibi querat: is nunq*ue* coniun*noua* ostē  
ctionem Ecclesi*æ* illius veteris, cum d*icitur*.

hac noua intelliget, cum perfidia c*æ*s  
cus, quo sursum, aut deorsum e*at* non  
intelligat: nec habeat, qui illum ad ma  
iores deducat, parente*isq* illi suos ex  
tent*o* quasi, digito, ostēdat. Et ut h*oc*  
cuiusmodi sit intelligatur, producam  
pro exemplo Machometē. Dicat mihi  
qui vult, ex illo infelici populo, quā  
tandem Ecclesiam habeat Turc*æ*, nu  
perrimā se habere, dubio, p*cul*, respō  
debunt. nec vltra Machometen illam  
proferri posse putabunt. nihil illi de  
successione pr*æ*sumul: nihil de coniun  
ctione Ecclesiarum: nihil de commu  
nitate earum dicēt. tantu*modo* pro  
pterea venisse Machometen contē  
dent: ut ille Euangelio suminam ma*te*

STANIS. ORICHO.

num imponeret. Quia de re planus ille improbissimus in alcorano suo admodum mentitur. Sed quibusnam antisitibus Machometes in superstitione illa successerit, aut quos eiusdem sectae præsultures ante se habuerit, ut per illos ad ipsum Adamum ascēdat, hoc ex illo infelici populo dicet nemo. satis enim Turcis est, Machometen ex Arriana fraude, et ex Nestoriā mēdacio sectae ipsorum extitisse auctore. Sed quid ego de Machomete plura disporto: cū isti nostri noui, recentesq; Euangeli Euangelici, malunt enim hoc nomini Christū ne, quam Christiano dici: nequeant ignorant, dicere, sublato Papa, quisnam, vt losānes Iudæis olim, sic illis cum digito, demonstrabit Christum, à quo enim illi illud audient Ecce agnus Dei: si hic de medio sublatus fuerit pastor, profectò, nisi successione certus demonstrator accesserit, Christus ipse venerit, nec ne venerit, incertū, dubiumq; erit. At dicent fortasse scripturam esse, quæ id demonstrat primum ab illis

que

Quæram qui nam sciant illam scripturam veram esse quæ tota in atramento est fixa. Nā si illa carebit teste qui sciri poterit illam digito Dei esse conscriptam. At hoc loco, itidem ut Volborii, exclamabit credo Fricius, Ecclesiām̄q; citabit scripturæ testē: quæ propter certissimam fidem, omnibus horis, in oculis, auribus, complexūq; suo scripturam tenet. Dii approbent Frici, quandoquidem viui huc peruenimus ambo. Ecclesiæ fidē imploras, adiuuo te: Ego quoq; idem dico. sed tamē illud abs te quæro, qui scias Ecclesiam cuius testimonio scripturam veram esse deffendis, vnam, & certā esse, ne si alia Ecclesia, vt Machometis, v: g: producat cōtra te, addubites vtri habeas fidem? expecto quid hic respondeas Frici: aut quomodo vniuersitate autoritate Ecclesiæ pugnabis contra Machometen, nisi vnuim aliquem esse principem in Ecclesia concesseris, à quo illa Ecclesia dicatur vna, cuius testimonio scripturam dē-

E ii Chriſt

STANIS. ORICHO.

Christo domino verā élle deffendis.

Ergo hic pastor, qui communitatē Ecclesiæ præstat idem & Ecclesiam, quæ sit, nobis demonstrat: & scripturam veram esse probat: & qua via, quibusue gradibus ad ipsum Christū perueniendum sit, demonstrat. Neq; vero ille sola scriptura connixus abs cedet ad Christum dominum, sed iuc cessionem ipse suam etiam proferet: & à quo, per quō sit ille profectus hunc in locum venerit, ostendet. Di cet enim hic Pius iiiii quo Pontifice hæc scripsimus, se in pastoratu successisse Paulo hunc Marcello istum Iuli o illum Paulo iiiii, eum vero Clementi, Clementem, Adriano, Adrianum Leoni. Etne multus, & insolens sim, per consequentes sursum versus Potti fices, quali per dispositos gradus, hic Pius iiiii ad ipsum Christum summum Pontificem ascendet. Quod si tu hanc pastorum successionē ex Ecclesia sus stuleris, nec ipsi Ecclesiæ ullum locū relinquas, & scripturam dubiam, & fabulit;

Succes  
Episcopo  
rum.

fabulis non dissimilē facias. quod non  
solum scelerato Machometo, vt iam  
ostendi, sed etiam ipsis nostri tempora-  
ris hæreticis aperte contigit. qui cum  
pastorem Ecclesiæ abiurassent, succes-  
sionem quoq; pastorum vna abiura-  
runt. vnde illis necesse fuit, cum Eccle-  
siam veram amisissent, falsam Ecclesiæ cum pasto-  
rem colere: & pro vero, atq; germano re Eccle-  
siæ Dei sensu, fabulasse qui Oui siam ami-  
dianis fabulis nō dissimileis. Quomo-  
do enim fabula Lycaonis, quem indi-  
gnatus Iupiter, lupi induerat in for-  
mam, vera non erit, si illa rebaptisan-  
di ratio apud Anabaptistas vera est?  
quæ Antigone, negabitur in ciconia-  
m mutata fuisse Iunonis iracundia,  
si baiuli, atque zonarii apud Lutera-  
nos mutantur in sacerdotes imperite  
plebis manus? Iam quo pacto verum  
non erit, frustra dilectam, moribudo  
Iphi, Anaxareten conuersam esse in  
saxum, si illa verba morituri pronos-  
bis Christi, HOC EST CORPVS ME-  
VM, apud Zuinglium in cæna nō cor-  
E III pus,

STANIS. ORICO.

pus, pro nobis traditum: sed pañem  
monstrant ex furno petitum? Deniq  
ne omnes hæreticorum fabulosos pro  
feram, si Luterus, Zuinglius, Calui  
nus, Bucerus, Bulingerus, Brencius,  
Lismaninus, Stancarus: ac simioli no  
strates etiam illi, Crouicci, atq Sce  
bresini, & his consimiles hæreticorū  
antesignani, atq duces, Ecclesiæ ore  
conuicti, & in cætu legitimorum Epi  
scoporum condemnati, sacerdotiog  
priuati, neq hæretici, neq cæcorum  
duces, sed sunt veri Iesu Christi serui,  
atq ministri, vulgari ac populari cre  
ati inanii, cur ego non puteam Tiresiā  
à Iunone oculis captum, à Ioue augu  
rem fuisse factum. profectò, hoc illud  
est à Paulo prædictum tempus, quo  
futurum aiebat diuinus ille vir, cum  
homines sanam doctrinam non susti  
nentes, aureis auersuri erant à verita  
te: & ad fabulas conuersuri: quæ fabu  
lae nusq vberius, quam in Ecclesiæ  
dissensiōe, tanquam in nocte quadam  
crescunt, idq iure ac meritō. nam que  
ordine,

ordine, & ratione vacant, ea inentita  
& falsa, plenâq; erroris sunt ônia, qui  
enim ordo ibi esse potest, vbi prin-  
ceps ordinis adest nemo, à quo in cæ-  
tu ordo fluat: aut quæ ratio valet ibi,  
vbi multitudinis furiôsa temeritas i-  
psa sibi dux ad audaciam est: quod tū-  
fit in Ecclesia maximè, cum ille seruo-  
rum Dei seruus, aut officio suo ad ali-  
as res abutitur. aut quacumq; tandem  
de causa contemnitur. Ergo si Ecclesi-  
am nosse, si in ea pië, et verè volumus Petras fū-  
viuere, cum hoc uno duce, atq; magis <sup>damentū</sup> datus  
stro congregemus nos necesse est: cuius est pacis  
ius præstantissimā autoritatem, Chri Charita-  
stus Deus, & Dominus noster in Sis tis, liber-  
mone illo Galileo primitus nobis san tatis.  
xit: Petrumq; quasi Regem, Ecclesię  
fecit, tanta quidem cum potestate, ut  
sine hoc Petro, neq; pax, quam chari-  
tas parit: neq; libertas quæ pacis est  
comes, constare vlo modo in Eccle-  
sia potest, quam enim, quæso, pacem  
hoc Petro remoto speramus, aut quā  
libertatem absq; hoc autore optem⁹.

E <sub>iiii</sub> non

STANIS. ORICHO.

non habemus. ad hunc enim præcipu  
o iure quodam illa in communitate di  
cebantur, PACEM MEAM DO VO  
BIS: PACEM MEAM RELINQVO  
VOBIS. I, tu nūc, & eiice ex Ecclesia  
Petrum, eiicies pariter ex illa & pa  
cem. Nemo superfuerit alter, qui lege  
tibi dicat illud, PA X VOBIS. per hūc  
enim vnum largitur Deus, quod aliis  
non negauit. cum enim homo nō pos  
sit habere boni quicquam, nisi detur  
illi desuper, hic princeps utiqz Petrus  
instrumentum apud Deum dandi est,  
vnde bona in Ecclesia habemus cun  
cta, quæ ad vitam piè degendam spe  
ctant. quem qui ex Ecclesia eiicit, om  
nia salutaria, humano generi, cum il  
lo eiicit. sola autem pestifera rei in  
quit. quæ præter cætera sunt horribi  
lia illa, furor, cæcitas, & amentia mē  
Fricij he  
tis. Necq; vero argumentis velim cres  
tes nihil das meis tantum ò Frici quantum re  
explora  
bus ipsis. Se tam ipse tuam sacramen  
tariam atq; adeo ipsum te inspice, qd  
est, quod cu exploratum de Catholick  
ca fide

ea fide habeas: vniuersa (me hercule)  
in parabolam conueria est Christia-  
na religio tibi. ita ut libri de Ecclesia  
ab te editi, nihil habeant, nisi acade-  
micas quæstiones quædam, quibus in  
certa apud te de religione fiūt omnia:  
Nec mirum, perturbatione enim rati-  
onis, atq; ordinis peccas, dum homo  
laicus, ac nullo clericali honore insi-  
gnitus, extra ordinem, grauissimas  
Ecclesiæ causas discepas. quas tu hæ-  
resi cæcus non secus, quam vespertia-  
lio solem, intueris: & quod pastore ca-  
res, præposterus ac deuius totis in li-  
bris es: quos tu ad arbitrium multitu-  
dinis imperitæ ideo conscripsisti, vt  
viam demonstrares ignobili vulgo,  
ad summi pastoris, ac religionis Ca-  
tholicæ despiciatum. Qui sanè libri, si ē  
Latino trāslati in alienas l̄nguas sūt,  
vt tute gloriaris, ab hæreticis æquali-  
bus tuis id factum esse puto: non autē  
à Catholicis viris, apud quos illis li-  
bris nihil detestabilius est, vt pote in  
quibus id agit per te, vt nulla sit Ec-

E v cleia

STANISL: ORICHO.

clesia princeps autoritas, quæ vestrā  
Frīci furiosam temeritatem coerces-  
at, quo minus in Ecclesiā Christi in-  
cūrsetis: in quā nunc impunitate pro-  
posita, insultatis vīo arbitratu. Sed  
hoc adhuc abs te arte tractatum est,  
non prius enim dispergere gregem  
Christi te posse sperasti, quam ore im-  
pío ipsum percussisses pastorem, quo  
stante intelligebas tibi ad nihilū om-  
**Heretico**  
**rum intē-**  
nia recidere. Sed hic tamen astus hæ-  
reticis in promptu semper fuit ut pa-  
sto. store Petro de præsidio Ecclesiæ de-  
iecto, nemo esset unus, qui Ecclesiam  
tranquillare posset, quod nunc aper-  
te videmus fieri: Pastore enim Petro  
de medio remoto, quam ipsum hoc o-  
uile pace cassum vestrīs agitetur nūc  
sectis, ac pateat lupis, longe me Hercu-  
cule nocentioribus, quam omnes fue-  
runt superiores, quis est, qui vt res po-  
stulat, explicare queat? Nam superio-  
rum ætatum omnes hæreses, quod i-  
psum non appetebant caput, neq; pa-  
storem suo movebant loco, magis ad  
exercitū

exercitationem spectabant Ecclesiæ, <sup>Hæreticis</sup> quam ad illius euersionē. Quid enim <sup>moderna</sup> Arrii tumultus nobis tantum pepere <sup>nocentissimis</sup> runt mali: quid Macedonii: quid Eu-  
tichetis: quid Nestorii: quod illi bo-  
no non sit à nobis postponendū, quod  
illis tumultibus de Trinitate profes-  
tas sentencias, absolutāsq; habemus.  
quippe, quod filium, patri parē: quod  
spiritum, ab utrōq; procedentē: quod  
Christum verum Deum, & verū hos-  
minem diua virgine esse natum, cum  
illis hæreticis belligerando comperi-  
mus. Iam Donati secta, vnico baptis-  
mo contenti ut essemus, nos docuit.  
Pelagius etiam nōne dissentīes a no-  
bis planū nobis fecit, sine gratia Dei  
præueniente, & sequente, nos pie nō  
posse viuere: Et ne omnia persequar  
illud dicam, & vere dicam, Quamdiu  
Pontifex Romanus integra existimā-  
tione fuit, & quamdiu is pastoratum  
pro salute Ecclesiæ Christi inter ho-  
mines gessit, tamdiu sectę omnes, quā  
vis asperæ, ac vehementes, plus boni  
<sup>feminae</sup>

STANIS. ORICHO.

semper, quam mali Ecclesiæ afferebant. Nam rebus salutaribus constitutis, errores, atq; sectæ illæ à Romanis Pontificibus conuictæ, atq; profligatae, euanecebant ex Ecclesia Christi sua sponte. At nunc cum hæretici nō quoduis Ecclesiæ membrum, sed caput, id est pastorem ipsum petant: nihil boni ex contentione hac speramus: neq; iam pro Ecclesia, sed de Ecclesia ipsa propemodum certamus. Quod dissidium tanto periculosius est, quanto saepe hic pastor ciuilibus occupatus bellis, hostibus sui inuadendi apertum dat latus. Quod quidem acerbo illi Principi Paulo quarto obtigerat, qui cum de sua vigilia, atq; studia pastoricia ambitione præcepit decessisset: bella ex bellis quotidie se rebat: excindebatur vrbes: atq; humatum genus omni cruciatu delebat: ob quam insaciabilem atque à tam sancto munere alienam crudelitatem susam, tanto in odio omnium mortaliū erat, ut iam non vna aliqua ciuitas,

tas, aut regio, sed integræ gentes, atq; nationes legibus etiam latis, & rogatis, decernerent: non solum illum: qui de exitio Ecclesiæ, quam vastabat, tā acerbè, tāmç crudelit̄ cogitarat: ied ipsum Romanorum Pontificum nomen ex ciuitatibus cum vestigio esse tollendum. quod sanè incommodum tantum & tam magnum est, vt nullo commodo ex hac eadem contentiōe sumpto, compensari posse videatur. electo enim ē nauī nauclero, quam salutem speremus, in hoc omnibus tēpestatibus concitatissimo mari, non habemus. profectò ipsa si cupiat salus non poterat nos seruare: nisi Deus, misertus nostri hūc Piūm pīssimum Ecclesiæ suæ Papam donasset: qui af*Pius pīssim*  
*mus.*  
fictam, quassatāmç Petri ratē Pauli acerbitate, ē naufragio illo maximo, ac miserrimo, tot gentium, atq; natio nū sustulit: in portūmç reduxit. Quē sanè optimum virum, atq; pastorem sanctissimum, vt Deus opt. max. in his tantis tempestatibus sedicionum,  
*& diss*

STANIS. ORICHO.

& discordiarum, Ecclesiæ suæ seruēt  
incolumem, omnes id velle, & opta-  
re debemus. utq; hoc nauclero nauis  
illa Petri fluitans in alto, fortiter alii  
quando tandem portum occupet: &  
ne illam referant in mare Paulini flu-  
ctus, vota nuncupanda nobis Frici  
sunt.

**Ob malos pastores non est de sereda Ecclæsia.** Sed quoniam ea conditione, atq; es-  
o fato hæc nauis nata est, vt magnis  
quotidie iactetur fluctibus, si quando  
in ea naui à nauclero contingat nos  
destitui, metu exanimati non prosili-  
amus in vndas ex naui hac cuius ea  
vis, & natura est, vt obruto interdū  
nauclero, ipsa tamen mergatur nun-  
quam. quod apertè in illa naui Chri-  
stus ostendit, quæ iactabatur quidem  
ventis mari in medio aduersis, nō obe-  
ruebatur tamen fluctibus. Petrus ves-  
rōeius nauis nauclerus extra suam  
natim, insanis illis tum penè obrutus  
erat aquis. Iactemur sanè quibusuis  
fluctibus cum naui hac, periclitemur  
naufragio etiā: tantatamen fide, spēq;  
prædis.

prædicti simus, ut si hominum adfuerit nobis nemo, tamen non deerit nauclerus ille, qui suam porrigit periclitantibus manum, & qui miseretur oviūm suarum carentium pastore. Nec ~~ad hanc~~ <sup>contingit</sup> vero nouum, nec ante hunc diem in auditum crimen illud est, nauim hanc absq; nauclero s̄aþe fluctibus periclitari solam. Nam muliere Pontifice, biennium sine Petro pastore, tanquam sine nauclero nauis Ecclesia Dei fuit, necq; enim mulier illa, sexum mentita, ullo modo pastor fuerat. & tamē Ecclesia tum pastore Petro, quasi viro suo orba, Christo autore, atq; huius Ecclesiæ tutore, sponsōq; à sociis Petri gubernata permanxit integra. Quid Liberii pontificis ad Arrianos defensio, non tum Ecclesiam pastore redididerat cassam: & tamē in hoc tanto illius casu, & orbitate, summus Pontifex, Christus ei non defuit: sed mox illi in locum Liberii perfidi, Felicem fidum misit: ut in locum mulieris Benedictū postea miserat. Prætermitto <sup>alios</sup>

STANIS. ORICO.

alios Papas, quorum perfida mens,  
vita improba conuicta iæpe fuit. Sed  
tamen, ut maiores nostri ob pastorū  
pertidiam, ab ea Ecclesia non discede-  
bant: verum illius ritus, mores, sacra-  
menta, ceremonias, in illo discrimine,  
mirifica incredibiliq; Ecclesiæ cōsen-  
sione, tuebantur, quoad fuerat illis au-  
liter diuinitus prospectum: idem nos  
quoq; ad eorum exemplū faciamus:  
neq; propter sceleratos, & nefarios  
pastores, quos Deo irato nostro ins-  
terdum habemus, oculos ab Ecclesia  
Catholica vñquam deiiciamus. Nam  
ne vñquam ab Hierosolymis, hoc est  
ab Ecclesia Catholica, discederemus,  
ore suo Christus ascensurus in cœlū  
præcepit nobis. Tum etiam præsentí  
bus ministris, Archiepiscopis inquā,  
Episcopis, & præsbiteris orbitatem  
nostram contolemur. quibus aurori-  
bus, administrisq; sacra, atq; instituta  
quæ à maiori bus per manus accep-  
imus tradita, tueamur contra hæretes  
præsentes constanter, & fortiter. ne

que

que ob scelerā pastorum, aliam nobis Ecclesiam fabricemus prēter eam, in quam ab initio dicati sumus, neq; alia quæramus sacramenta; neq; aliter il-  
la teneamus, quam quomodo illa pri-  
mitus accepimus, forma, atq; modo  
veteri. Ministros etiam Ecclesiæ eos Ministri  
veros esse agnoscamus, quos legitimi Ecclesiæ.  
ma manus impositiōe, ordinaria quo-  
tidie creat autoritas: non eos quos he-  
retica nobis obtrudit temeritas. q̄s  
nos vt detestabiles sunt, ita ab Eccle-  
sia Christi detestemur. Isti enim sunt,  
qui non intrant per ostium, in ouium  
ouile: sed ascendunt aliunde. quibus os-  
tarius non apperit. quin vero illos  
fures, et latrones esse decernit. Postre  
mo verbum illud Dei, quo solo viuit *Verbi in-  
tellectus.*  
Ecclesia Christi, non hæreticorū pos-  
stillis viciosis: sed veterum patrū tra-  
ditionibus, Conciliis, tractatibus, eo-  
rumq; comentariis explicatum, ex-  
planatumq; habeamus. qui in Eccle-  
sia Catholicæ eductati sinu, illius do-  
ctrinam, quasi cum lacte materno, cū

E fuc;

## STANIS. ORITHO.

fixissent, quanto proprius à prima ih  
la Ecclesiæ aberrant origine, tāto cer  
tius mysteria nouerant Christiana.  
Quod si hac inductione animorum su  
erimus: & cum tali sententia in gre  
mio Ecclesiæ Catholicae vixerimus,  
miserebitur nostri Christus Ieius, mit  
tet in locum Iudæ Iscariotis, si quan  
do ille nobis obtigerit, (atq; hoc qui  
dein detestabile omen auertat verus  
ille Jupiter) mittet inquit Mathiā  
iustum: & fidelem, cui kias attribuat  
oues, sanguineemptas suo.

**Papæ ex-** Neq; verò audiendi sunt illi, qui di  
tra Eccle cunt, nunquam esse posse, vt hic, quē  
siam esse dico, Nauclerus extra nauim suam,  
posse. & nauis absque hoc nauclero fiat  
Quod sane Sophistarum commentū  
multis argumentis: & exemplis refel  
lit res ipsa. Nam vt de Simone Petro  
prius ipso loquar, nonis exciderat  
cum è natu, salua tamen nauis, cum Sa  
than à domino fuerat appellatus? An  
ille non amiserat gubernaculum, na  
uimq; illo die, cum vili muliercule te  
stifica;

stificatione adigeretur ad periuriū: Sed fortasse, tum ille Simon tantum: nondum verò Petrus, hoc est pastor erat, Sed tñ memoria vetus, locūsque Romæ, Domine, quo vadis, dictus. non ad hanc diem usque testatur os Iam Petrum Neronianos illos perhor rescentem fluctus, & nauim deseruisse, & Roma profuisse: Quid ego nūc huius successores commemorē: Marcellinū idolatram? Honorium hæreti cum, in Concilio Constantinopolita- no vj condemnatū: & Liberium Arianum, deiectum sede, et pulūm vrber: cuius supra mentionem feci. mitto alios. Iam vita ipsa perdita in superioribus multis, & in modernis Romanis pontificibus profligata, non sat docet nullam fidem fuisse in Romanis pontificibus quam plurimis: ne fiat, vt in uno mortali homine nobis vniuersis ita posita sint oīa, vt ad illius mutationem, conuersionemque mutari nos vniuersos, conuertique oporteat, vt si verbi gratia, Paulus iiii

F ii cuius

STANIS. ORICHO.

cuius nomen mortui populus Roma-  
nus erasit, statuamque deiecit, & in  
Tyberim abiecit, omnemque memo-  
riam nefarii hominis non modo ex  
memoria, sed etiam ex fastis euellen-  
dām curauit, hic inquam Ecclesię tur-  
bator, si cæde ciuium, miserarumque  
Christi ouium sanguine fidem ipse su-  
am extinxerit, nos illico vna voce il-  
lud in Ecclesia conclamemus cuncti,  
*διχεται.* id est, periit, vel, actum est:

**Petrinūq** Sed dicet aliquis, quid ergo fiet il-  
**deficit fi-** lis sententiis? **T V E S P E T R V S,** & is-  
**des quo-** tem. **EGO ROGAVI PRO TE, V T**  
**modo.** **N O N D E F I C I A T F I D E S T V A.** Hęc  
verba si ad solum Simonem Petrum,  
& ad illius successores referas, aut si  
illa ad rem apponas, tam cum Petro  
ipso, quam cum aliis multis Petri suc-  
cessoribus pugnant. nam in plerisque  
illorum deficiebat fides ut iam est os-  
tensum. Tum etiam Christus Petru  
appellat, non Simonem illum solum;  
sed in Simone Petro Apostolos etiā  
omnes, qui vna mente, & vna senten-  
cia il-

cia illud per os vnius Petri Simonis  
erat magnificè confessi, TV E S C H R I  
STVS FILIUS DEI VIVI: Et quia v  
na erat omnium fides, ideo merces que  
que omnium erat vna: quippe illa, vt  
totum collegium illud, Chorūsque A  
postolicus à Domino in uno Simone  
nominaretur Petrus, ab soliditate (ni  
mirum) illius fidei, quam omnes vni  
us Simonis ore erant confessi: supra  
quam fidem, in Petro præcipue, dein  
de in cæteris Petri sociis habitante in  
vti supra petram solidam Christus Ie  
sus ædificauit Ecclesiam suam. Ergo  
illa verba Christi, promissionesque o  
nes, de nūquam intermoritura Eccle  
siæ vera fide, referenda sunt: non ad v  
nam aliquam singularem partem: sed  
ad ipsius Ecclesiæ corpus vniuersum  
in qua fides vera nunquam deficit, e*z*  
tiam si millies mentiatur, & peieret a  
liquando Simon Petrus. supra enim  
est demonstratū, duas Petrum in Ec  
clesia sustinere personas, vnam pasto  
ris: Apostoli alteram. Apostoli offi  
cium

Petrus da  
as persona  
nas sustine  
net.

F iii cium

STANIS. ORITHO.

clum est, doctrinam in Apostolatum  
præstare veram: pastoris vero est, le-  
ge, atque iurisdictione cogere Apo-  
stolos, cætorolique illis subiectos, re-  
cte, & ordine, eque repub: Christia-  
na sua fungi munera. Quapropter, si  
Petrus Pastor aberrauerit, ab Eccle-  
siaque recesserit, caput quidem, atque  
origo ipsius iurisdictionis supremæ,  
fortasse ab Ecclesia aliquantulum ab-  
fuerit: Sed nihilominus reliquis Apo-  
stolis curantibus, Ecclesiæ fides salua  
permanserit, quod sanè euidenter ap-  
paruit, partim quando Christum ab-  
iurauerat Simon Petrus: fratres iam  
cū suos confirmare iussus. partim ves-  
tro quando sub domina meretrice Ec-  
clesia Christi fuit: aut quando pasto-  
res Arrianos habuit. idq; iure optio.  
alia enī est fidei: alia iurisdictionis rati-  
o. nā fides alta spectat: & ad illa tatu-  
modo contuet, que Symbolo Christi-  
ao sūt expressa. Iurisdictione vero, mos-  
dū & rationē oīum, que sūt, quāq; a-  
gūt in vniuersa Ecclesia respicit. Qua-  
refū

re, si casu q̄ cesseret, aut parūper abiit  
ab ecclesia ordinis. et iurisdictiōis āti-  
stes Petrus, cuius esse Deus putatur  
periclitabitur fortasse Ecclesiæ ordo  
ad tempus in turba, atque in confusio-  
ne rerum omnium: non continuo ta-  
men euaneat ex Ecclesia fides illa,  
quam magna constantia semel confes-  
sus est Simon Petrus. que etiam in Ba-  
bylone lucet, splendēt que per se se:ne  
que vlla vnquā huīnana perfidia ob-  
solecit. At quia fidē Catholicam abs  
que pastore summo fixam, immotām  
que sedere, cum mors pontificum Ro-  
manorum docet: quo tempore in Ec-  
clesia reipsa Petrus pastor est nemo;  
tum schismata illud quadrienne, quod  
Sigismundo imperante Ecclesiam ha-  
buit, ad Martinum usq; Pontificem  
Petro pastore caruit: Neque ego hoc  
dico, vt in perpetuum, tanq; capite  
Ecclesia careat pastore: id enim Ec-  
clesia incolumi fieri nullo modo pos-  
test: vnde enim Apostoli, vnde Pro-  
phetæ, vnde Euangelistæ, vnde Pa-

F iiiij stores

STANIS. ORICHO.

Petro fab stores, & Doctores prouenieſt noi  
lato mi bis, ſi hic perpetuò ab Ecclesia abfue  
nifer in rit pastor: cuius omnis ratio ſanctiffis  
Ecclesia mē, & prouidentiſſimē eō est conſiſ  
natus eſt tuta, vt ex eo in ministerium Ecclesiasti  
nemo.

cum pendeat ita, vt hoc amoto, fundi  
tūſq; iublato, minister in Ecclesia rite  
habeatur nullus: imo verò fides Ca  
tholica abſq; hoc vno, prorsus habeat  
tur nulla, carebit enim prædicatori  
bus legitimis, qui niſi à Petro pastore  
mitantur, aut cum illo dextra ſocia  
tis coniugantur in veris prædicatori  
bus non ſint habendi. Illi ergo, ſi caſu  
abeffe ab Ecclesia Petrum accidat,  
consilio, & autoritate Eccleſiam ali  
quādiu tutantur, conſeruantq; , qui à  
ſummo pastore, ante illius notabilem  
defectionem, in partem ſollicitudinis  
vocantur: aliter enim pars nulli eſt in  
munere iſto. Quid enim aliud indicat  
atque innuit nobis illud extra nauim  
Simonis Petri naufragium, ſaluis in  
naui Petri ſoclis: niſi Eccleſiam, quali  
nauim, in tam ærumnoso huius vitæ  
ſale,

Naufragi  
um Petri.

falo, tenere interdum cursum suū, abs  
q̄ Petro Nauarcho, nō ab aliis vtic̄,  
quā à Petri sociis directā: qui non ad  
hereticorū sophisinata, quasi ad par-  
vulam cynosuram: sed ad Catholi-  
corum dogmata, quasi ad Helicen ple-  
nissimis velis nauigāt ipsi per se, quo  
ad ex naufragio seruatus: et in nauim  
hoc est in Ecclesiam, à Christo domi-  
no restitutus fuerit Petrus. In hac igit̄ Fides Ori-  
tur ego nauī cum Petro Petriq̄ soci- chonij.  
is, ne insanis huius vitæ aquis extra  
nauim obruar, permanebo. Frici pro-  
cuius nauis ratione, hos ministros ex-  
go, tanq̄ nautas, cum Nauarcho Pe-  
tro veneror, qui à Christo profecti,  
continua serie, successionēq̄ sempiter-  
nis seculorum ætatibus ad nos vsc̄ p-  
uenerunt: fidēm̄q̄ portentis, in miracu-  
lisq̄ comprobatam nobis tradiderūt  
cuius fidei non aliqua vnius gentis o-  
ra, parsue terrarum: sed regio habita-  
bilis vniuersa basis est. Pastorem etiā  
sumimum, & omnium excellentissimū  
quoad Ipatribus aliter fuerit visum,

F v nusquā

STANIS. ORICHO.

nusquam alibi gentium, quam Romę  
requiram, venerabor, & colam. qui,  
si fede in illa probus fuerit, mirabor  
in eo vitam: amplectar doctrinam: cō  
tra vero in malo Petro, sequar ego  
doctrinam negligam vero illius vitā  
quod si neutrum in eo fuerit, ita auer  
tam me ab illo, ut nusquam nisi in sis  
num Ecclesiæ Catholicæ me recipiā,  
ut cum reliquis sociis Petri, à Petro  
destitutis, me congregem: sacrificia:  
preces: votaçō solennia inibi pro Pe  
tro facturus. Atqui huius sententiæ  
veteres patres non pœnitiebat, qui in  
summa nonnullorum pontificum per  
fidia, ut iam est demonstratum, lese  
cum reliquis Patriarchis, Metropo  
litis, Episcopis, ad salutem Ecclesiæ  
congregabant:

Orichou  
us in Pa.  
patu en.  
stans.

Horum ego exemplis atçō autori  
tatibus adductus profiteor corā De  
o, & sanctis Angelis eius, me credere  
& ita traditum habere, in Ecclesia, Ie  
su Christi, summi sacerdotis, institu  
to, Romanum Petrum, sumimum pa  
storem.

storem Ecclesiæ esse datum: atq; diu-  
nitus ad id donatum, vt is esset vnu,  
qui Ecclesiæ Vniuersæ moderetur ra-  
tionibus: quem Papam, id est patrem  
patrum, honoris causa vocamus. Nā  
Ecclesiam illius procurationi subie-  
ctam, vt Papatum vocemus, Luteri  
fecit secta, qui diu Papæ sanctissimo  
atq; maximo impium bellum fecit, ad  
obrobrium religionis Catholicæ, Ec-  
clesiam ipsam, cuius Papa aspectabis  
le caput est: Papatum nomine nouo,  
& ante illum hæreticum inaudito, ap-  
pellauit. Homines vero Papæ subies-  
tos, idem Papistas contumeliosissi-  
mè nominauit. Sed tamen ea sors Pa-  
pæ pastoris est, vt ne inimicissimus q= Pape laudabiliis.  
dem homo, cum cuperet, ullam con-  
tumeliam in Papam pastorem iacere  
potuerit: immo imprudens, et inuitus  
cum verborum contumeliis lacerare  
Papatum pergit, amplissimè, vti de-  
cuit, ipsum Papam laudat: Etenim si  
Papistæ impuri, & scelesti sunt: Papa  
certè, à quo dicuntur Papistæ, nomen  
sanctum,

## STANIS. ORICHO.

sanctum, religiosumq; sit necesse est:  
vt enim Sophista, Grammatista, Ba-  
ptista, Euangelista: & quæcumq; alia  
eius generis sunt, affectarum, & in-  
choatarum rerum sunt nomina ita σόν-  
φος, γραμματίκος, βάπτος, ἐυαγγέλλος,  
profectarum, atq; absolutarum rerū  
sunt vocabula. Nam & ἐυαγγέλλος ba-  
ni nuntii, eiusdēmq; perfecti nomen  
est: quo nomine magnus ille Iouis, &  
Deorum nuncius Mercurius, à Græ-  
cis honoratur. Et βάπτος, siue βάπτης  
apud Aristophanem Comicum tin-  
ctor egregius est. Ergo & Ioannes  
βαπτίσκε, nequaquam autem βάπτης  
cum Christo collatus appellabitur,  
nec minima enim ex parte huius ba-  
ptisma, cum Christi baptismo confer-  
rendum est: & illi etiam, quatuor vi-  
ri pro ueritate satis: pro dignitate ve-  
rè rei non satis, scripserunt. Nam &  
pontificii ministri, cur, ac iussi erant,  
vincitum non adduxissent Iesum, re-  
spondebant, nunquam sic locutus est  
homo, sicut hic homo. Ergo nunquam  
etiam

etiam sic scripsit homo, sicut hic locu-  
tus est homo. Ob quem sanè in scriptu-  
ra defectum, rectè illi quatuor viri Eu-  
angelistæ, Euangelli autem nullo  
modo, sunt appellati. solus enim Christus  
euαγγελος ille magni consilii est,  
à quo enarrata, nemo pro dignitate  
vnquam enarrauerit. Pro qua sanè  
ratione papista quoq; flagiosum, ac  
viciosum cum sit verbum, Papæ no-  
men, vnde id ducitur sanctum, & reli-  
giosum esse declarat. Quo nomine az-  
pud Iuuenalem in Satyra educator,  
altorq; pueri infantis appellatur. alit  
enim pascendo humanum genus hic  
Papas: siue potius illius ministerio cū  
cti diuinitus alimur, tam verbo quam  
sacramento. In cuius Papæ papatu  
confiteor vel intus ô Frici, papistarū  
omnium, hoc hominū in papatu pra-  
uorum, nequissimum papistam esse  
me. Qui enim quæso aliter me tibi os-  
tentem aut venditem, in tanta infir-  
mitate mentis, tantaq; imbecillitate  
virium, tam grandi peccatorum op-  
presus

Orichouſ  
us papista  
nequam,

STANIS. ORICHO.

pressus pondere, quibus fædior, atq;  
inquinatior me uno in papatu corā  
Deo est nemo: idq; adeo, vt etiam in  
illa multitudine honorum, Papæ alū-  
norum, comparere præ pudore non  
audeam. togam enim ego illam purā,  
quam in baptismo à Papa sumpsi, mu-  
liebrem stolam (proh pudor) reddi-  
di, omni flagitio pollui: atq; omni des-  
decore stupro, & scelere maculaui.  
Nomen deinde apud illum professus  
& ad pugnam ab illo cōfirmatus, ex  
acie ignauus miles, abiepto scuto fugi-  
quantum potui. Iam vitam datam ab  
illo mihi nouam, in veterem protinq;  
conuerti vitam, vt fædissimam, ita mi-  
ferrimam, & cum pecoribus commu-  
nem, ventri obediens vixi. alimentis  
etiam cœlestibus refectus, & recreas-  
tus, sub domino Sathanā peccati stis-  
pendia merui. Deniq; vnguentis sua-  
uissimis, ab hoc vnguentario oblitus  
vt lutulentus sus in volutabris sordiū  
putui. Postremo vxore ab hoc patre  
mihi data, alienas turpis adulter ex-  
petiui.

petiti. Sed quid ego hos lapsus meos erraticos, temerariosq; lachrimans modo, commemoror: cuius illa singulari insolentia, superbia, contumacia contra Papam patrem inicio in Polonia est perfectum, ut multi extarent in Polonia sacramentarii Fricii, qui maiestatem Papæ vexare, atq; amplitudinem summi pastoris diripere cupiat. Iis talibus, tantisq; viciis, peccatisq; perfectis, & vltro à me prolatis, quis est Frici qui in Papatu papistā recuset dicere. omni honore, atq; ornamento papatus cassum? An ego tibi in tantis flagitiis prodigus filius esse non videor ille: qui cum meretriciis consumpta substantia, ab hoc patre tradita, ad Papam rediens, & ad pedes illius iacens, iure illud dicam. O pater peccavi in cœlum, coram te. sam non sum dignus Papæ vocari filius, modestus, & frugi. Papista enim hoc est filius tuus, degener ego sum. omnia enim quæ utilia, honesta, atq; salutaria in papatu abs te acceperam  
eatur.

S T A N I S . O R I C H O.

ea turpiter, & nequiter prodegi, dis-  
persi, & consumpsi, vitam dum viuo  
aduersam tibi.

**F**ricijger  
mane con-  
fessio.

Vtinam vero ô Frici exemplum i-  
mitatus meum, tute aliquando collige  
res, & exēcrandum, ac detestabile i-  
stud sacramentarium os. pudoris, ac  
vtere cundiæ digito compesceres, vt  
humilis, ac mitis ad Papam patrem in  
papam, ex hac longinqua regione  
sacramentaria postliminio rediens, et  
ad pedes eius beatos projectus, sup-  
plex illud tu quoq; dicas. O pie pater,  
peccavi in coelum coram te, en fame e-  
nectus, ac siliquis pastus adolescens a-  
pud Helueticos, senex vix tandem a-  
liquando ad te redeo, vt tuis saturer  
famelicus panibus. Iam ego illos Cal-  
vinos, Bulingeros, Brencios, Marty-  
ras, Vergerios, & cæteros lupo se-  
iusmodi, in ouile tuum infestos, repu-  
dio: à quibus per summam fraudem,  
& maliciam, impulsus, deceptus, indu-  
ctus, fidem, iuriandūmq; in baptis-  
mo tibi datum, neglexi, insuper, cons-  
trate

tra te vicarium Christi, & communem  
omnium gentium patrem, leuaui cal-  
caneum meū: tibiq; impium bellum  
fecī: atq; ouile tuum, in quo eodem tē  
pore, & suscep̄tus in lucem, & in tuū  
gregem dicatus fui: hæreticorum cu-  
niculis oppugnaui & omni scelere la-  
ceraui: dum altum sapio: nec cum hu-  
milibus in ouili tuo consentio. Tæde-  
bat enim me harum quotidianarum  
sententiarum, quæ in vſu, vitâq; com-  
muni gregis tui versantur. quod hæ  
paterent æque rudibus, ac doctis: qui  
bus, qui excellerēt, nullam iactatio-  
nem haberent in populo. Itaq;, com-  
muni intelligentia ouilis tui, non con-  
tentus, meam singularem, ac propriā  
secutus sum qua excellerem in vulgo  
ac leuiculus illo susuro delectarer,  
prætereuntiuir: anicularum, Hic est  
ille Fricius, religioni aduersus. quan-  
doquidem non genus meum in Polo-  
nia illustre, quod plebeium minorum  
gentium fuit: non opes, quæ tenues,  
& infirmæ sunt, non doctrina, quæ vñ

G tra Gram

STANIS. ORICHO.

tra Grammaticam, atq; Rhetoriscam  
nugacissimas arteis, transuerium vn-  
guem non ferè in philosophia procel-  
lit. Postremo non gradus honoris Ec-  
clesiastici ullus: qui infimus plebe in  
media laicalis fuit, me clarum, & ho-  
noratum virum in Polonia faciebat.  
Iccirco, cum ad famam popularem a-  
liunde non daretur mihi aditus, male-  
ficio ad hanc affectaham viam. &  
quod Herostratum fecille acceperā  
qui ut causam celebritatis, & nomi-  
nis haberet, templum Dianæ Ephesi-  
næ incenderat, idem mihi faciendum  
putaham: ut ex facinore nomen inue-  
nirem. & ne longius abirem ab Hero-  
strato, cum Saxonis, atq; Helueti-  
cis prædonibus illis, in tuam nauim, o  
pie pater, imperū feci: phana diripui:  
sacrificia ex iis extirpauit sacerdotiū  
tuum inde exterminaui: tum altaria  
deieci: postremo, templa ipsa fūditus  
eueri. Nec eo fuerā contentus, quod  
præter spem successerat facinus, verū  
etiam Cardiacus, ex insolentia. & fre-  
neticue

Heticus ex licentia factus, sum aulus  
dicere ac scribere, & in vulgus spars-  
gere, te pater constrictum loris, ac  
manicis post terga reuinctum, cum  
locis tuis, Concilio esse repræsentan-  
dum: in quo de te plebs, atq; turba se-  
tenciam esset latuta. Hæc ego, tanquam  
rapulam, quandam, crudam in te, &  
in tuos socios impurissimis faucibus  
euomui, cum alibi, tum vero apud  
Episcopum tuum Iacobum Vcha-  
nicium, dum Orichouio Volborii o-  
re durissimo aduersor, inanissimè lau-  
dis elatus cupidine: quam ego nunc  
coram te ô pater, vt dedecus, & infâ-  
miam meam sempiternam, mei nomi-  
nis, ac generis, conculco, protero: ex-  
tinguo, deleo: ac me, ab istis Archipi-  
ratis Helueticis, communibus hosti-  
bus omnium, sub quorum signis præ-  
do nefarius contra Ecclesiam pirati-  
cam feceram, segredo: et in tuum sinū  
ab integro confugio: & ad te postlio-  
minio perditus, & nequam filius re-  
deo: vt in tuis bonis communibus ac-

G ii quicq;

STANISL. ORICHO.

quiescam, quæ ego infatuatus hæreticorum fallaciis, deserueram: singularia illorum commenta dū sequor. Hæc confessio errati tui germana fuit Frici, qua te uti tam cupio, quam me vivere. Habes sensum omnem de papatu meum. nunc crimina mihi abs te obiecta, tanquam huic sententiae repugnantia, audi, quam dilucide resellam.

Papatum  
Orichoui  
us nunq  
oppugna  
nit.

Papatum à me sæpe oppugnatum esse scribis, principio abs te quæro, quodnam scriptum meum vñquam legeris, editum in papatum, hoc est in ipsam potestatem amplissimam, diuinitus in Simone Petro pontificibus Romanis commissam: profer vnum ex omnibus scriptum, vinces, sed non poteris, nam ipie tu librum à me annos ab hinc xvi editum in Luterum commemoras, in quo summa fide papatum defendo. Nec vero hic solus liber testificatur, quanta fide Papatum semper coluerim: sed complures alii, vt Diatriba, vt libri pro baptismo. vt Medi

Mediator, ut Varichauiensis actio,  
ut Confeisio, ut proxima Chimæra:  
At oratio tua (dices) cōtra cēlibatū,  
tū repudii libri cum Papatu Pugnāc  
maxime. Nunquā ego orationē illam  
ut ederetur Frici, cōtra cēlibatū, au-  
dax iuuēta scripsera. in qua, quāt⁹ sit  
seruor etatis, stupra, corruptelę, adul-  
teria, deniqz incesta, ineūtis etatis me-  
z insolentius exagerata, quam pudor-  
meus postulabat, demonstrant: eōqz i-  
pso vehementer ab editione abhorre-  
bant. Sed tamen argumentum illud  
institutum fuit, qualis oratio à nobis  
haberetur Tridenti in Cōcilio, coa-  
cto Pauli iii vocatū. Si ergo in Conci-  
lio apud Papam habetur illa oratio,  
cēlibatum falso, & mendacem in o-  
ratione damnaui: eius autem iudiciū  
Papæ submisi: itaqz Papatum illa de-  
clamitando agnoui, vt nihil hic calū-  
niæ restet tibi loci. At vrges adhuc,  
& instas, libri repudii contra Papam  
abs te inquis sunt fcripti. fateor, verū  
hi libri vulgo nec dum iactantur: sed

G iiii inter

STANIS. ORICHO.

Inter paucos, quos tu nosti. planè se-  
cretò narrantur. à quibus tu sumis,  
quæ modo coicis in me probra. qui  
quam decori suo defuerint: & ut cre-  
diti tenuerint fidem, Icriptum tuum te-  
statur. quod nullum esset nisi hæc ab  
illis habuisses cōtra me suppeditata.  
Sed tamen, si ex secūdo repudii libro  
promere tibi libuit, que contra Papa-  
tum faciunt: cur primum librum tas-  
ces, in quo Papatus sanctissimus esse  
Magistratus à nobis demonstratur?  
Et ut intelligas constantiam animi,  
atq; iudicij mei. sic habeto. Cum in pri-  
mo libro demonstrasse Papatum à-  
plissimum esse potestatem: in secundo  
libro ex altera parte posui insignes  
abusus, cum papatu pugnantes. ut ex  
contentione veri, v̄lus cum abusu per-  
spici possit, quam esset Papatus ille, o-  
lim Simoni Petro datus, amplexan-  
dus: hic autē, qui hominum vicio nus-  
per inoleuit: repudiandus. Quis enim  
obsecro in Christi vicario ferat crue-  
ta bella ciuilia, atq; horrenda illa im-  
peria

Vicia in  
Papa re-  
prehendē  
da nō illig  
officia.

peria in Patriarchas, Archiepiscopos,& Episcopos.tum nundinatores rerum sacrarum. Mitto alia Christianis auribus detestanda. quæ à me notata diligenter sunt in secundo libro. in quo illud præcipuum est, rem indignum esse illius mansuetissimi agni vicarium, de gladio mundanæ potestate, ad internicionem vscq; certare cū regibus terræ. Non itaq; pugnantia loquor Frici si ea quæ pugnant cum sanctissimo Papæ magistratu stylo psequor summa ipsius Papatus salutia. At scripsisti inquires in Paulum iiii a<sup>s</sup> Paulus sperius, scripsi fateor, nefariam illius <sup>uij.</sup> hominis crudelitatē persecutus, qui hominum cruciatibus, atq; cædibus ultimum suum spiritum exaturare ne quibat, cuius etiam sceleratum nomē ex omni memoria vrbis po: Ro: ut supra dixi, propterea sustulit. Deniq; familiam illius monstri, funestam, ex vita communi, hic Pius iiii pie nuper exterminauit. Sed tamen dum homo improbus tollitur, dum infamia mor.

G iiii tuo.

STANIS. ORICHO.

tuo irrogatur, num etiam officiū, atē  
q̄ munus, quod is inter homines ges-  
sit violatur: nihil minus. alia est enim  
officiorum, alia viciorum ratio. Nun-  
quam humanum scelus, in societatem  
Diuini muneris admittitur: necq; hu-  
mana culpa officium Diuinitus insti-  
tutum contaminatur. vt tu perperam  
intelligis.

Vicia non tollunt ex Papa offi-  
cium Pa-  
px:  
in Simonis Petri propterea negem  
successisse vicem, quod is à Stephanus  
no successore, atque æmulo exhu-  
matus, & abscisis duobus dextræ dis-  
gitis, quibus sacerdotes in re Diuina  
vt antur, damnatus post mortem, vt  
proditor: & in Tyberim, vt perduel-  
lis, nouo, horrendoq; modo præcipi-  
tatus fuit? Cuius tamē Stephani The-  
odorus: iii: crudelitatem detestatus, a-  
cta Formosi in integrum restituit: &  
eius laudatores in precio habuit. quē  
postea Theodorum Ioannes x subse-  
cutus, Formosum in Diuos penè retu-  
lit. At contra post hos fecit Sergius  
iii, qui Stephani contra Formosum a-  
cta com

Ita comprobauit. Theodori autem atque  
Ioannis absolutionē irritauit. In hoc  
tanto tamenq; horrendo schismate, atque  
Pontificalis maiestatis confusione,  
quis negauerit nauiculam Petri flue-  
ctibus iactatā fuisse vehementissime:  
nec tamē propterea eius nauis naukle-  
ros: id quod erant fieri desuisse. Nam  
fuerit sanē quantūvis sceleratus For-  
mosus, tamen is quoad in statione sua  
& in communione Ecclesiæ manebat  
sanctissimus officio, si non merito, suo-  
fuit: per quem itidem ut per Simonē  
Petrum, Christus sacerdotii sui ad hu-  
manam salutem exequutus est mu-  
nus. nam, ut per canalem lapideum  
transit aqua, ad areolas aromatum: et  
æleemosyna per nequam seruum pie in-  
terdum transmittitur Pauperi, & e-  
grotus ab medico curatur saepè infir-  
mo: ita per nequam legitimū tamen  
ministrum, Diuinitus interdum, cres-  
atur, alitur, & confirmatur hominū  
salus, in dato enim, non in dante utili-  
tas accipietis sita est. Quamobrē ma-

G v neat

STANIS. ORICHO!

Nēat hoc iam Frīci quod mutari non  
potest nēpe in homine potestate pon-  
tificali prædicto aliud esse officium a-  
liud vero meritum. quæ ut vtracq; in  
pontifice concurant, optabile est. si-  
minus ad officium diuinitus in ponti-  
fice institutum reuertamur hic herea-  
mus, hic habitemus, tanq; in nostro  
nihil nos moueant merita aliena, ni-  
hil fastus illi etiā pōtificaleis. quos tu  
animo dum indulges tuo nimiū Rhe-  
torice exageras. nihil hęc inquam ob-  
sist nobis ad vitam pię degendā, quæ  
vniuersa non ex merito hominū, sed  
ex officio pontificum pendet. Et quo-  
niam ego officium Ecclesiasticum in  
Pontificibus Romanis maximopere  
deffendo, scelera autem illorum impu-  
gno, non debeo tibi videri pugnantia  
loqui, quandoquidem meritum cum  
officio pontificio, non est idein.

**Conclusio** Atqui, pro hac ratione Conclusio-  
nes in Fri nes ego, pro maiestate, amplitudi-  
ciam edic necq; Papali contra te Volborii edide-  
re. tam in quibus meriti Papalis yestigl-  
um

um nullū est de officio mihi omnis te-  
cum fuit conclusionibus in illis sermo  
de quibus videtur esse iam dicendi lo-  
cus, si prius illud ex calunnia tua fri-  
gida, atq; iejuna deiecero. Reprehen-  
dis enim Conclusionum mearum ver-  
ba, ac ne syllabis quidem iplis parcis,  
vt aliquid egisse videare, cum nihil  
prorsus agas. Nam experimentū ve-  
rorum sermonum esse vt concordent  
<sup>Fricius</sup>  
sensatis in vicio dictum hoc ponis, cū  
de intelligibilibus, sic enim scribis, in-  
ter nos sit sermo Quam tu hoc loco in  
eptus sis Frici quæcio ausulta paucis,  
rum etiam illis disputationis recor-  
dare, in qua tu apud Vchanicum E-  
piscopum duo pugnantia inter se ma-  
xima, ad rauim vsc; clamitans contra  
me, contendebas. te videlicet Christi  
anum esse, & Papę, Romano minime  
subesse. Tum ego contra hoc tuum re-  
pugnans, produxeram arietem illum  
ex Aueroe peripatetico, experimen-  
tum verorum esse, vt concordent sen-  
<sup>Orichous</sup>  
satis, ita enim barbare enunciauit sū-  
<sup>us barbae</sup>  
rus.  
<sup>mus.</sup>

STANIS. ORICHO.

mus philosophus Arabs ille, in Analyticorum librīs. neq; ego tum laborabam Latinus esse, vt etiam ne nunc quidem laboro. Roxolanus sum Frici, ad Tyram, Dnestrum vocant acco. læ: sub Carpato monte, media in Scythia ego habito: nō potuit ad nos hæc tua Attica eloquētia Carpathios penetrare sinus; atq; intima regna Rutenorum, & fontem superare Dinestri. Proinde satis habeas me abs te intellegi syllabatim, vtcumq;, hæc Attica vestra fundentem: quandoquidem integrā periodo nō licet. Dico itaq;, vt me aliquando ex iis tuis tricis explicem. Quidquid est de quo ambigitur in genere, id in aliqua eius generis cōpareat specie, necesse est agnoscis opinor regulam in secundo libro Topicorum ab Aristotele traditam. Quapropter, cum assero, sermones tuos, probi si sunt, congruere oportere cū sensatis, hoc est, cum rebus iis, quæ in moribus, vitaq; communi sunt: idem dico, ac si dicerem, Si Fricius animal rationale

Regula  
Topicæ.

rationale est, viuat, sentiat, intelligat  
necessse est, si nihil horum facit Frici-  
us: animal rationale Fricius non est. I  
tidem dico, si Fricius Christianus est,  
quem sese ille ore fert: demonstret id Tria in re  
bus spe  
stantia  
se esse re ipsa: ostendat primo pastore  
cui subest, doceat huius pastoris for-  
matum: tum eius ordinem. Nā hæc tria  
in rebus spectantur necessario primo  
vt sit res deinde vt formam suam ha-  
beat tum ordinem. Dicis Frici te ouē  
esse Christi, age pastorem tuum digi-  
to extento ostende, ad quem illud de-  
te quoq; pertineat, P A S C E A G N O S  
M E O S. quem vbi commonstraueris,  
proximum erit ostendere illius for-  
matum, ex qua ille ad te ouem pertine-  
at solus. postremo, quo loco ille à no-  
bis sit habendus, naturāne, an institu-  
to Diuino: an ne humano. Animad-  
vertis Frici quam hæc sensata, hoc est  
sub sensum cadentia, documento no-  
bis fuerint, quam tu homo Christia-  
nus es. nam si tu pastorem demonstra-  
ueris nullum, certa forma præditum,

STANIS. ORICHO.

atq; in ordine rerum inclusum, certū experimentum erit, Fricium Christi anum non esse: neq; ouē de ouili Chri sti, sed mancipium Sathanæ, ouem p diram, ac pesti futuræ deuotam illum esse. Habes de sensatis, Carpis etiam **QVOD** propositam conclusionib; voculam **vocula.** illam QVOD: Hoc eodem pertinet nam non optime Latinè, fateor: sed ta men philosophorum more hoc inicio conclusionū suū usus. Pleni sunt The ologorū libri huiusmodi vocabulū. Ta le illud apud Magistrum sentenciarū est. Quod boni angeli, à Deo sunt con firmati per gratiam. et c. Quod de ma ioribus, & minoribus quidam cecide runt, &c. Quod aliquando homo bona voluntate, aliud vuult quam Deus & alia modi istius sexcēta. Sed nimis multa de nugis, nunc conclusiones vi deamus ipsas: ita enim Latinis philo sophis dici placet bēstie quas Cice ro modo proposita, modo infinitas quæstiones appellat. ex quibus liquis do apparebit, Fricium nihil minus, quam

*Nost. 15.*

quam Christianū esse. nec Episcopali  
mensa: nec victu vulgi dignandum, nī  
si is errore deposito, cum Ecclesia Ca  
tholica redierit in gratiam quam vni  
uerlam incredibiliter offendit.

## Prima Conclusio.

Ordo Sacerdotalis est ordo Hierarchicus, à so  
lo CHRISTO ad ministerium Ecclesiasticum  
institutus.

Hanc conclusionem dum tu exagi-  
tas Frici, id agis, ut fundamenta ciui-  
tatis Dei euertas. Nam si concedis ei  
se aliquam ciuitatem Dei, Magistra-  
rum recte, & ordinē in hac ipsa ciuita-  
te Diuinitus institutum esse cōcedas  
necessē est, qui si in ciuitate nullus fue-  
rit, ciuitas Dei nulla erit. quis enim di-  
xerit ciuitatem absq; iure, atq; Magi-  
stratu posse consistere. aut ergo ordi-  
nem hunc Hieraticum, hoc est sa-  
cram Magistratum ab eodem Chris-  
to, qui ciuitatem suam fundauit, insti-  
tutum esse concedas: aut si hoc negas,  
causa non est, cur ciuitatem Dei vllā  
esse in vita dicas. qua de re supra à  
nobis

STANIS. ORICHO.  
nobis est copiose disputatum.

II.

Ordo prædictus, charactere insignis, solus ha-  
bet potestatem, ligandi atq; soluendi.

Hæc Conclusio ænigma est Fricio  
adeo ut se etiā intelligere neget, cha-  
racter quidnam rei, verbicq; sit. tanta  
est eius sectæ cæcitas, vt etiam ma-  
nifesto in lumine nihil videat. Itaque  
hoc charactere sacerdotali intermis-  
so, in mei stylilli characterem incurrit,  
quem meo sacerdotali characteri ate-  
ponit. Ego vero remittò hoc Fricio,  
nunq; ita insaniam vt humana Diu-  
nis anteponam. nunquam ego scribē-  
di charactere famam quæsiliū: ac re-  
bus magis, quam verbis studui. fieri-  
que, quam videri, & doctior, & meli-  
or semper curauit. Quod si pro eo, ac  
volui assecutus non sum, id ingenii  
tarditati, ac rerum ipsarum obscurita-  
ti tribuebatur, non autem meæ volū-  
tati, quæ maior in rebus inquirendis  
viribus suis fuit. Sed quid attinet de  
nobis: de rebus ipsis propositis agas

Stylus O.  
richouij.

mus,

mus. Negas vlo charactere sacerdos-  
tes insignitos esse, ergo negas plebem  
in ministerio Ecclesiastico differre à  
sacerdote. negas igitur alios præposi-  
tos, alios subiectos in Ecclesia Chri-  
stiesse. Nam nisi character, hoc est si Characte-  
rnum, siue forma, siue differentia, in re differt  
signita, atq; impressa in sacerdotibus sacerdos à  
aliqua fuerit, quæ ostendat, & pate- plebe,  
faciat nobis in Ecclesia alios esse pa-  
stores: alios vero oves, discrimen in-  
ter homines in Ecclesia nullū fuerit.  
ōnes enim erunt pariter, equalitéq;  
pastores: omnes doctores. id autem  
est. necq; pastor: necq; doctor: in Eccle-  
sia hominum erit nemo, quem enim  
quis pascat, aut doceat, à quo docea-  
tur, pascaturq; vicissim? At cum relatiuo  
tiorum ea sit vis, & natura, vt cum rum natu-  
in illis duo reciproca sint necessari-  
o, nunq; tamen idem sit vnum, quod  
est alterum ad idem collatum. vt pa-  
ter, & filius: ita sunt relativa, vt num-  
quam sit, patri si comparet filius iu-  
quod suus est pater, necq; contra. ita

H      quod

## STANIS. ORICHO.

quocq; pastor, & ouis, Magister, & di-  
scipulus, reciproca cum sint, nunquā  
tamen inter se ita coimeant, vt idem  
secundum eundem modum, ad idem  
collatum, vnum sit, quod est alterum,  
id quod etiam doctrina traditur pue-  
rili. Sed queris, quidnam iste chara-  
<sup>Chara-</sup>  
<sup>cter sacer</sup>  
<sup>dotatis qd</sup>  
<sup>cit.</sup>cter sit: dico non multum dissimile il-  
li esse quod inest in homine baptisa-  
to: in quo post baptismum, imprimit  
Christianī hominis signum, atq; nota  
qua is differt ab homine nō baptisato  
vt enim baptisatus à nō baptisato dif-  
fert impresso signo, atq; insignita no-  
ta, quam accepit per lauacrum rege-  
nationis: ita quocq; in sacerdotibus  
ritè creatis per ordinis sacramentum  
imprimitur character, hoc est forma  
siue nota, in qua claves illæ spiritua-  
les, in Petro huic ordini attributæ;  
continentur. quarum vna est scientia  
discernendi, inter lepram, & non le-  
pram. Altera autem est potestas le-  
prosos ligandi, atque eosdem à læpra  
soluendi. quam Christus in Simone  
Petro

Petro sacerdotibus promissam, exaltatus ab inferis omnibus Apostolis exhibuit, Sicut inquit misit me pater, & ego mitto vos. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis. & quorum retinueritis, retenta sunt. Hic Spiritus sanctus, ut quædam forma imprimitur, in sacerdotio, ut hac prædicti sacerdotes, non solum differant à popularibus suis: verum etiam iudicent, ligent, atque soluant suos populares. At qui spiritus sanctus hic datus Apostolis, quid aliud est, quam character, hoc est forma, & ut ita dicam, signaculum quoddam, quo insigniti sunt à Christo sacerdotes, ad exercendum suum sacerdotale munus, ita, ut eo signaculo sacerdotes cassi, sacerdotio funditus careant. Neque vero <sup>Lati</sup> quod <sup>rum</sup> est, quod hic tuos quantumvis doctissimos laicos obtrudas, in sacerdotale munus habent sane illi omnium sacerdotum diuinorum, atque humanarum scientiam, tamen non protinus illa <sup>tamencia</sup> uibus.

H u entia

## STANIS. ORICHO.

entia, illorum clavis erit, ad claudens  
duin, aperiendumque apta. opus enim  
est ut ratio, atque potestas ad illam inci-  
entiam accedat, quae tota per imposi-  
tionem manuum presbiterii tribui-  
tur ordinato. Doctissimus si quidem  
apuero Paulus Apostolus fuit: & tan-  
men is, cum post suam conuerisionem  
priuatim disputando refutaret Iudeos, non prius ad praedicandum genti-  
bus Euangeliū cū clavis missus,  
ab Apostolis fuit: quam praemanda-  
to Spiritus sancti, cū Barnaba colle-  
ga, per impositionem characterem  
hunc(de quo loquor) signaculum vete-  
res appellari patres, rei beneres  
de, ab Apostolis accepisset. Cuius rei  
quanta vis esset, idem Paulus docet  
Timotheū. Noli inquit negligere gra-  
tiam, quae in te est, quae data est tibi,  
per Prophetiam cum impositione ma-  
nuum presbiterii: Itemque illud, Ad-  
moneo te, ut resuscites gratiam Dei,  
quae in te est, per impositionem manu-  
um mearum. Hanc gratiam Frici cha-  
racte-

racterem, id est, formam, appellauit & ersacer Ecclesiæ Catholicæ v. us. quæ gratia dotalis nō Dei, vbi non est, ibi peccatorum re= est, ibi pes milio est nulla: sed ira Dei manet su= catorum per eos omnes, qui huic siue gratiæ, si remissio ue characteri, siue signaculo non sunt nullæ cœt. subiecti: Mors depascit eos: in interi= oribus voluntantur illi tenebris: mox exteriores tenebras eternum sensuri. carent prædicatoribus: carent legitimis pastoribus. quomodo enim audient, sine prædicante: quomodo vero prædicabunt, nisi mittantur? Iam ne fentis: ut extra hanc gratiam Dei, fu= ribus, atq; latronibus proposita est vita tua, miserrime Frici: utq; in Syna goga Sathanæ ætatem agas. ut iram Dei in hoc conuentu malignantiū ex= periaris. Deniq; vt te ad ultima sup= plicia referuas, horrendæ impietatis tuæ, nisi retrocedis, æternas penas in Gehenna daturus: vbi vermis tuus non moritur: necq; ignis vnquam ex= tinguitur.

## III.

H iii Hic

STANIS. ORICHO.

Hic ordo solus iudicat in iudicio lepre, atque sanguinis uniuersum laicalem statum. nullo autem modo ab illo iudicatur, quia primam sedem nemo iudicat.

Veritas huius conclusionis vim habet ex conclusione superiore, si enim eerdotem soli sacerdotes ritè iudicant, si ligant, non iudicant si soluunt, subiectas sibi plebes: quo casat sed iusmodo ab eisdem inuicem iudicabuntur, soluentur, ligabuntur, ad quos illud dictum est. Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit. Et itē illud. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra: euntes ergo docete omnes gentes, baptisantes eos in nomine patris &c. Denique illud. Sicut misit me viuens pater, & ego mitto vos: Quo ergo modo missus fuit Christus à patre, eodem missi sunt sacerdotes à Christo, in quibus semper inhabitan salutem nostram operatur Christus. qui ergo modus missi ad nos fuit Christi, idem missorum quoque sacerdotum ad nos à Christo modus est. ut enim ad nos missus Christus salvat, &c.

uat, & iudicat mundum. ita sacerdos-  
tes quoq; Euangeli, et salutaribus fa-  
cramentis, saluant Christi fideles: iu-  
dicant autem mundi huius infideles.  
Leuiticum genus cum summa iudicia-  
ria potestate in synagoga illa fuit, cu-  
i⁹ supremos iudices iudicabat nemo.  
Ecclesia Christi, omnibus partibus  
Synagoga perfectior, nullum ius, nul-  
lum Magistratum, postremo, nullum  
senatum habebit, cuius autoritate, de-  
cretosq; nitatur? longè abest hic hor-  
ror ab Ecclesia Christi, totus debet <sup>ga</sup> Fricij  
Frici vestris partibus, in quibus certi qualis,  
est nihil non doctor, cum docendo: nō  
iudex, cum iudicando. postremo, nō  
saluator, cum saluando vlo habetur  
discrimine. ut aliud non sit Synagoga  
vestra infelix, quam cætus filiorum  
Chore, quos ob consimilem blasphem-  
iam, quod ii Dathano, & Abirono  
ducibus se Mosi, atq; Aronti sacerdo-  
tibus adæquabant, viuos deuorauit  
terra. Horum impiorū fata te, tuām-  
q; congregationem sacrilegam in-  
**H** uīi nent,

STANIS. ORICHO.

Nec nisi resipiscis non est enim mure  
mur vestrum contra sacerdotes do-  
mini, mihi credite; sed contra ipsum  
met dominum. Sed sequamur cæte-  
ra;

III I.

Iste ordo in Concilio legitimè congregato nō  
errat, neg; errare potest.

Hanc Conclusionem tu impugnas,  
commomorandis nonnullis prouinci-  
alibus synodis, quas aberrasse à vero  
autumas, primum dico, mihi in con-  
clusione de Concilio OEcumenico te  
cum rem esse. quod Pontificis Roma-  
ni vocatu legitimè congregatum, ubi  
fuerit, ibi Spiritum sanctum esse præ-  
loquitur. sententia iuxta promissionem illam, E-  
cce ego vobislicum sum omnibus die-  
bus usq; ad consumationem seculi. Ita  
que in hac communione sacerdotum  
Dei Spiritum sanctum assero idem lo-  
qui nunc Tridenti, variis linguis: ut o-  
lim loquebatur in Apostolis Hieros-  
solimæ Pentecostis die. Nam in huius  
modi conuentu adsunt Patriarchæ,  
**Archiepiscopi, Episcopi, ex omni na-**  
**tione,**

In Tridentino Con-  
cilio Spiritus sanctus loquitur.

tione, quæ sub cœlo est: quorum vox  
vna, vnius Spiritus sancti vox est, &  
quorū consensus, fulmen est illud hor-  
rificum, quod vestra impia, atq; sacri  
lega assidue territat, cruentat, atq; la-  
cerat corda. Quod autem ad prouinciales Synodi-  
cialeis synodos attinet, dico nullas esse prouincias  
se, quæ legitimo Metropolitano præ leis.  
sidente in Catholicorum Episcoporum  
cætu, errare potuerit. Proinde Syno-  
dos Vienenses tum nostram Gnesnē-  
sem, quam indignè, ne dicam impiè er-  
roris insimules, quiuis facile sua spon-  
te intelligit. Nam neq; in prouinciis  
quæstiones agitantur OEcumenicæ,  
quæ ad statum totius Ecclesiæ perti-  
nent: & quorum cognitio, & determi-  
natio conciliorum OEcumenicorum  
est. Res autem in Synodis prouinciali-  
bus maximam partem tractant, quæ  
pro ratione, et locorum, et temporū,  
et hominum integra pietate, & religi-  
one, illo, vel alio modo mutantur: ab  
rogantur: aut etiam ab integro insti-  
tuuntur. Quod si autem aliquæ syno- Synodibus  
H y di aber reticorū.

STANIS. ORICHO.

dī aberrauerunt à fide, vt Armienis  
olim vt vestræ Zuinglianæ atq; Lute-  
ranæ, ibi legitimū Metropolitanū,  
qui dextras societatis cum Romano  
Petro coniunctas haberet, certum est  
**Concilia** adfuisse neminem. Quare nec Syno-  
**non errat** di:neq; Concilia: nec cœtus Episcopo-  
rum, iure sub vno Petro pastore soci-  
atorum, sed conuentus furuum, atq; cō-  
cilia larronum sunt existimanda illa  
Luterana vestra conuenticula. Quā-  
obrem cœtus legitimi, præsidente Pe-  
tro pastore, aut Metropolitāo huius  
Petri socio, nunquam errant nec er-  
rare possunt. Nam si non cor, tamen  
labia illius summi sacerdotis cūstodi-  
unt scientiam, ex cuius ore, exquiren-  
da est à nobis lex, Malachia teste.  
quæ labia, inquam, sacerdotis. huius,  
atq; illius os, quanta scientia, virtus  
tēq; polleat. Caiphas nos docuit, qui  
**Caiphas.** impius, atq; sacrilegus ipse cum esset,  
nihilominus verum illud, ore veridis-  
co enunciauit. Expedit vobis, vt vng  
homo moriatur pro populo, non di-  
xit ex.

xit expedīt nobis neq; enim expedit  
bat scelerato illi, æternum iam dām-  
nato:mors Christi sed dixit vobis ex-  
pedit, aliis utiq;, non mihi, ita in hoc  
Pontifice cor impurum, ac perfidum  
os autem syncerum, ac fidum fuit.  
Sed nimis multa de Concilio, nunc vi-  
deamus reliqua.

## V.

Hic ordo Hostiam offert suo ministerio pro-  
peccatis nostris, id est uerum corpus & uerum  
sanguinem. non in signo tantum, sed etiam signa-  
to.

Hanc tu Conclusionem Frici cum  
vestigio ex Ecclesia exterinas, idq;  
iurè, ac merito: cum enim in tua spelū  
ca latronum, nullum habeas legitimū  
sacerdotem, qui Dei, & hominum se-  
quester sit qui inter Deum, & huma-  
nam naturam cōstet medius, qui Spi-  
ritum sanctū inuocet, qui his ver-  
bis Hoc est corpus meum, Hic est sā-  
guis meus, legitimē in sacrificio uera-  
tur, restat, vt ibi sacerdos quoq; rite  
creatus restet nemo, neq; ministeriū  
Heretico-  
rū cœna.  
recon-

STANIS. ORICHO.

reconciliationis supersit ullum, quo  
peccata vestra expientur, ut propter  
ea de illa sacrata supræmæ noctis coe-  
na, restet amplius vobis nihil, præter  
panem, vinum, noctem, Iudam, Dia-  
bolum, atq; funem illū, quo vos illa-  
queatos Sathan, oborta gula, in pro-  
ditoris Iudæ abripiat sedem, atq; re-  
gionem: At audi ut hęc Conclusio no-

Lib. 6. de  
sacerdotio

Sacrificiū  
Missæ.

stra missa sit, ex ipsius Ecclesiæ Ca-  
tholicę ore. Audiat hereticus Chris-  
tostomum, aureum flumen sapientiæ  
Dei, his verbis fundentem. Cum autē  
sacerdos & Spiritum sanctum inuo-  
cauerit, sacrificiūmq; illud horrore,  
ac reuerentia plenissimum perfecerit  
communi omnium domino manibus  
assidue pertractato, quæro ex te quo  
to illum in ordine collocabimus? per  
id tempus, & Angeli sacerdoti assi-  
dent? & cœlestium potestatum ordo  
vniuersus clamores excitat: & locus  
altari vicinus, in illius honorem, qui i-  
molatur, Angelorum chorus plenus  
est. Et paulo ante illud apud eundem  
est;

est. Sacerdos pro vniuerso terrarum  
orbe legatus intercedit, deprecator  
que apud Deum est. ut hominum om  
nium, non viuentium modo sed etiam  
mortuorum peccatis propitius fiat.  
Erubescat igitur, cum Archisynago  
go suo Caluino Heluetio, Fricius Po  
lonus, & omnis hinc actutum hæreti  
cus fugiat pallidus, hoc Ecclesiæ toni  
tri, iactuqe fulminis eius exterritus.  
cum veri sacrificii illato lumine, Hel  
ueticam cœnam, ab ipsa veritate ma  
nifeste deprehensam, conuictam, atqe <sup>Heluetica</sup> cœna.  
sacrilegii damnatam esse videat. quā  
vtiqe cœnam, Frici vestram, circum  
sedet infinita vis innumerabilium Di  
abolorum. in qua perfidorum hære  
ticorum manu, sub panis atqe vini spe  
cie diabolus assidue pertractatur. at  
qe in ora hominum peccatorum legi  
onarius Sathan infunditur. quo poti,  
ac pransi Caluinistæ vos, strepitus,  
fremitus, clamores, tonitrusqe in ho  
minum vitam excitatis, ac furiata mē  
te, coelum, terræ miscentis; leges mü  
tatis.

STANIS. ORICHO.

tatis: Magistratus temnitis: templae  
ueritis: memoriam beneficiorū Chri-  
sti ex omni vita nostra euellitis: & os-  
tia ad illam desolationē Danielis re-  
ducitis, quæ non est alia, præter hanc  
cœnam Helueticam vestram Spiritu  
tu Dei cassam spiritu autem maligno  
fœtam. Sed restat ultima conclusio,

V I.

In hoc ordine, Romanus Petrus, id autem est  
Pius quartus. uicarius est C H R I S T I: succe-  
ssor Simonis Petri: pastor pastorum: ac solus rei  
gni cœlorum claviger: primatum in Ecclesia  
tenens: plenitudinem potestatis habens, cui obedi-  
re est de necessitate salutis.

Hunc Conclusioni satisfactum abno-  
bis esse arbitror, supra, cuin de Papa  
tu ageremus, ibi enim copiose demon-  
stratum est, Romanum Petrum via-  
rium esse Iesu Christi: successorem si-  
monis Petri: pastorem pastorum: ac  
clavigerum cœlestis regni. primatum  
in Ecclesia tenentem. plenitudinem  
potestatis, hoc est, summam procura-  
tionem Ecclesiæ habentem. ut illi pro-  
pria

prærea obediendum sit ab omnibus,  
sunt grauissima culpa poena. Itaque ite-  
randum nihil videtur hoc loco. Cæte-  
rum calumnię & inuidię in quam nos  
homo popularis rapis, respondendū  
est. Sic enim argumentaris, si obedi-  
endum est Romano Petro, ergo Ori-  
chouius impius quia Romano Petro <sup>Orichouij</sup>  
aduersus uxor non  
facerdos duxit. De-  
inde idem Orichouius in hæreticos à <sup>aduersa</sup>  
Romano Petro est relatus, non igit  
is obedit Romano Petro; ac propter  
ea ut impius, de salute periclitatur.  
Hæc sunt tua contra me argumenta  
Frici, quibus tu inconstantiam, muta-  
bilitatemq; mentis in me arguis. Sed  
animaduerte, ut aqua quod aiunt, cō-  
tra me hæreas. Nam quantum ad u-  
xorem attinet sic habeto. Ego præ-  
scripto Canonum sacerdotio prius  
deposito, sacerdos uxorem cum du-  
xi, nihil contra Romanum Petrum  
commisi, qui custos primarius Cano-  
num est. Præterea à sententia excom-  
municationis, qua eram à Joanne Es-  
picopo

STANIS. ORICHO.

piscopo Præmissiensi, ob hanc eandē  
vxorem ex Ecclesia pulsus, à Legato  
Romani Petri absolutus cum sim, ni  
hil feci contra illum: aliter enim pro  
ximè in Varschauensi Synodo ab il  
lius legato absolutus non essem. Po  
stremo cum Concili Tridentini, cu  
ius hic Petrus caput est: de omni vita  
atq; doctrina mea sentenciam expe  
cto, non debeo tibi à Romano Petro  
videri esse alienus. Habes de vxore  
nunc de hæresi accipe. Fateor me nō  
nullo meo merito a Paulo iiii relatu

Orichoui fuisse in Catalogum Frici vestrum.  
us relatus scripseram enim multa: feceram plu  
in hæreti= rima aduersus Ecclesiam Dei, quæ  
eos. nunc lachrimis deleo, ac publicis cō  
fessionibus corrigo, atq; sano. Cuius  
enim illud immanitatis fuerat: me pri  
uatæ libidinis causa, legitimum Epis  
copum, armatum persequi: atq; in i  
psos regni Poloniæ Pontifices: equi  
strem ordinem incitare: an hæc non  
fuerant notatione censoria digna: I  
taq; in illa ipsa Chimæra, quam nup  
contra

contra vestram vniuersam manum,  
in Maiestatis Regiae nomen edidi, as  
pud Tridentinos Patres, conuersis  
studiis, agnosco, ac defleo multos, va  
riosc adolescentiae meae lapsus, neque  
hanc mutationem Consilii inconstan  
tiam duco esse, qua corrigitur, quod  
peccatum a nobis est. immo, contra,  
grauis, constantisque viri officium es  
se puto, vbi is aberrauerit imprudēs,  
in viam quamprimum redire. nequē  
errore manifesto, atque deprehensō  
ducisse pati velle, quod quidam facit.

Sed tu occasionem ex conclusio  
ne nrā nacl9, in summā inuidiā addu  
cis me, & pontificem, dum quidem is  
ta contendis. Si Orichoui Petrus hic  
tuus plenitudinem potestatis habet,  
ergo supra omnes mundanas potesta  
tes est. ad hunc imperia: ad hunc re  
gna regum: imperiosorūmq; populo  
rum attinēt vniuersa. Dare igitur, &  
adimere hic tuus Petrus regnum, cui  
vult, potest. Sentio Frici quam tu  
rein agas, imperitorum hominum  
I rumu

## STANIS. ORICHO.

sumusculos aucuparis: ac ventulos  
 concionum colligis, ut mihi inuidiam  
 ex ea sententia facias apud Zuinglia  
 nos tuos. Sed vide, quam ego gregali  
 um tuorum offensionem fugiam, quā  
 tum potero illud voce contendam, ut  
 hoc omnes homines, ex omni popu-  
 lo, tribu, atq; lingua exaudiant. Au-  
 dite hęc omnes qui timetis Deum au-  
 tribus percipite omnes qui habitatis  
 orbem. Hoc loco Deus opt: max: Pe-  
 trum, siue tu mauis dici, Papam Ro-  
 manum, in hominum vita esse, voluit  
 vt gens, & regnum, quæ illi non serui-  
 erint pereant. Hic ordo reruin diuini-  
 tus institutus est, vt, nisi hoc capite, a-  
 liter non constet in terris regni Chri-  
 sti corpus: nullūmc; habeat vinculū,  
 quo astricta vita communis advnum  
 principium, tanquam ad caput suum,

*Regna Pa- aspectabile referatur. Hic tu vocife-  
 pa adme rabere, ac popularium contra me im-  
 re potest plorabis fidem, qui imperium Roma-  
 Regibus. num, deniq; Poloniam ipsam, vni la-  
 crificulo Romano seruire, vt Ieruam  
 addictam*

addictam, velim, sed animaduerte, ut  
inuidiam verbi vitem. Dico seruire  
Poloniam Romano Papæ, idem esse,  
quod regem Polonum in Polonia be-  
ne regnare. Dixit non inepta quidā,  
serui legum omnes ideo sumus, ut li-  
beri esse possemus. Quare, qui Rex  
Papæ seruit, legi Dei, ac Dei ordina-  
tioni seruit, dum ei se subiicit, qui unus  
omnibus reliquis Magistratibus pre-  
positus est diuinitus. ut recte, atque or-  
dinè, eque repub: Magistratus suos  
cuncti gerant, a quo etiam propterea  
insignia honoris sui reges capiunt. ab  
hoc enim inaugurantur, ab hoc vngū-  
tur; ab hoc sceptro decorantur, atque  
gladio ex altari sumpto armantur, po-  
streimo in throno regio ab hoc eodem  
collocantur. Et quamuis a populari-  
bus suis deligantur reges, tamen non  
prius vim regiæ potestatis, numenq;  
M: habent, neque prius reges vocantur  
quam potestatem, atque nomine regiū  
de Petri manibus, iociorūmque eius ha-  
buerint acceptum. Quid igitur mirū,

STANIS. ORICO.

Si idem Petrus, qui habet dandi, adi-  
mendi quoq; regni habeat potestatē:  
Samuel sacerdos iussu Dei, Saulo re-  
gnum Israelis dederat, quod ipsum  
postea, imperanti iniuste, eidem ades-  
merat et in Dauidem trastulerat. No-  
lo post Christum natum cōmemora-  
re exempla imperatorū, atq; Regū,  
quibus a Romano Petro iniuste reg-  
nantibus, ex authoritate sunt impes-  
tria abrogata. Notiora enim hæc sunt,  
quam ut sint commemoranda. de qui-  
bus in Chimæra copiosissimē, ac ves-

Tria in rissimē disseruimus. Quamobrē si tu  
hominum Frici non populari leuitate, sed iustis  
uite Ma- ponderibus pōtificalem potestatem,  
ximasunt cum regali examines, depræhēdes  
facile hæc tria in hominum vita Ma-  
xima mirabiliter esse inter se propor-  
tione prioris, atque posteroris copu-  
lata. Altare, sacerdotem, atque regē  
Si enim altare euertas, sacerdotem e-  
vestigio eiicias: etenim cui ministret  
is, non habebit. Si autem sacerdotem  
collas, regem nullum relinquas. care-  
bit enim

bit enim Samuele , a quo facultatem  
regnandi accipiat. Et breuiter sic ha-  
beto, vt sacerdos ab altari auersus, p-  
dit sacerdotium : ita rex auersus a fa-  
cerdote, perdit regnum. quod aperie  
Sauli regis exemplo nobis demonstra-  
tur; vt sacerdos summus propterea an-  
telatus esse videatur regi, ne regna in  
Ecclesia Christi posita, Tyrannorum  
libidini subiicerentur. ne hi prohiben-  
te nullo ad libidinem suam hominum  
vexarent vitam, Quapropter diuina  
prouidentia, ita Petrum Romanū res-  
gibus, vt ventis Aelum imposuit, qui  
fædere certo dominus esset in Eccles-  
ia, & moderator omnium rerum Chris-  
tianarū. vt idem Petrus, qualis quis-  
que rex in regnando esset, quid agat,  
quid in se admittat, qua mēte,qua pie-  
tate religiones colat, prouideat. Ac  
Paulus quidem ille sapientissimus Ar- Regnum  
chitectus modum in hunc, benē consti Christi  
tutum regnum Christianū gradatim  
describit . Mulieris inquit caput vir-  
yī caput Ecclesia: Ecclesiæ Christus.

Sacerdos  
autō regis

I iii Christi

STANIS. ORICO.

Christi autem Deus. Si ergo caput cuiuslibet viri, Ecclesia est, Petr⁹ certe Romano, sub capite inuisibili Christo, visibile caput ut Ecclesiæ, ita cuiuslibet viri degētis in Ecclesia est, siue ille vir priuatus siue Magistratus fuerit. ita, ut quilibet in Christi Ecclesia stet, cadatque huius ministri summi iudicio aliter communio, vitæque societas constare in Christiano regno nullo modo potest. Quod quidem in Chimæra latissimè deinostratum a nobis est, inde petes, si leuitatis, prauitatisque sacramentariæ tædet.

Causæ di-  
sputatio-  
nis oricho  
vio cum  
Fricio

Sed tamen ex his Conclusionibus aperte palamque liquet, quod iam in eum mihi tecum VVolborii disputandi fuerit, eo enim iam venio, in quam disputationem, cum authore optimo viro, & eodem sanctissimo Episcopo delaberemur, meministi opinor quā nihil tam sanctum moribus, tamque probatū religionibus antiquis in Ecclesia Catholica fuerit in quod non irruerit Helueticus furor tuus. Acveniam

seram quidē ego ē VVarschauia res-  
diens VVolborium officii causa co-  
mitatus Jacobum Vchanium partim  
vt morem gererem Episcopo inuitan-  
ti: partim verò vt interea loci Berar-  
duin Bonioanein, Legatum Aposto-  
licum, aduentantem expe<sup>t</sup>arem: qui  
per oppidum illud Cracouiam habe-  
bat iter. quo cum mihi de diplomate  
absolutionis nonnihil superaret rei I-  
taque nō disputationis causa, sed pars-  
tim officii: partim autem negotii gra-  
tia oppido in illo substiteram. Sed in-  
terea cum legati aduentus in expecta-  
tione esset, Jacobus Vchanicius, pro-  
ponendis quæstionibus, arbitris pri-  
mo remotis, pellexit nos in certamen.  
deinde etiam ad mēsam in corona af-  
ferebantur quæstiunculæ, illa mensa  
dignæ. Quo quidam tempore, non id  
abste agebatur, testor vtrunque cas-  
put, vt sermonis nostri inicium esset,  
quæstio, exitus verò ecclesiæ Catho-  
licæ assēsio. Sed vt dogmata Ecclesiæ  
funditus disputando euerteres. Nam

STANIS. ORICHO.

& vniuersitatem generis humani, in  
quatuor patriarchales sedes descrip-  
ta, Idololatria contaminatam esse di-  
xisti: & sacrificia Ecclesiæ irrisisti: &  
sacerdotium illius contempsisti. Item  
que ieunia, orationes, eleemosinas:  
denique, vniuersum Ecclesiæ militan-  
tis statum omnibus verborum contu-  
meliis vixauisti, raptauisti, laceraui-  
sti, insuper illo conclusisti declamati-  
onem illam tuam, Sacrosanctum Iesu  
CHristi Corpus, a legittimo ministro  
rite consecratum non corpus sed esse  
frustum panis fetidi ante oculos Dei.  
Quæ dum tu grauibus oculis, ac flu-  
entibus buccis apud Episcopū decla-  
mitares, extitit tum officiū meum ne-  
cessario in te replendo: ac me tibi pro  
ea Ecclesia præsenti animo obieci, in  
qua, Dei beneficio, relatus sum in ter-  
Dei filios, particeps omnium timen-  
tium Deum factus: & custodientium:  
mandata eius. Nam si matrem meam,  
quæ hoc peccati corpus gemit: pros-  
bris me audiente vexasset, quis me fer-  
rec,

ret, & non potius auferri iuberet, si in  
præsenti parentis meæ dedecore ob-  
mutescerem, quo tandem supplicio vi-  
derer esse dignus, si in Ecclesiam, dilec-  
tam Christi sponsam, alteram autem  
matrem meam, quæ vitalē vitam hāc  
meam genuit, te degenerem, & abor-  
tuum filiū illa conuiciorum plausta  
paterer inferre: profecto, non. solum  
extinctor verum etiam proditor fidei  
in baptismo a me datæ fuisse viderer,  
si te illam Helueticam crapulam inhas-  
lare Ecclesiæ Christi passus fuissē im-  
pune. Nulla igitur causa harum, quas  
tu comētus es, me ad resistendū tibi im-  
pulit. Nunq̄ ego ex te Frici disputādo  
volui crescere: ut tu insimulas. minor,  
& infirmior es, q̄b ut connixus in te q̄s  
ex te crescat. Necq; opes sacerdotū ex  
te deuicto quærebam, contentus patri  
monio, quod pro re nostra, sat lautum,  
suis copiis sustentat me, & familiam ingenuis  
tas libro-  
rum orie  
Nec etiam legitimations liberorum  
illis Conclusionibus, a Papa e blandie-  
bar villas, chouij  
vt tu admodū mentiris. Fas-

I v enim

## STANIS. ORICHO.

enim mihi sit pro ingenuitate meorū  
hoc uti contra te verbo. Nouit Frici  
Polonia, quo genere prognatam, &  
quibus moribus præditā, deniq; qua  
pudicicia florentem ego duxerim uxo  
rem. Cuius integerrimæ feminæ, ea di  
gnitas, etiam apud aduerfarios, fuit,  
ut tot in consistoriis causa hac vxoria  
agitata, nemo Episcoporum neq; Ar  
chiepiscoporum, neq; iudicium fuerit,  
non solum in Polonia, verum etiam in  
vrbe Roma repert⁹: qui vxore meam  
aliter scripto, dictoue appellaret, quā  
sanctitas Matronarum postulat, Tu  
primus inuentus es, qui ore durissimo,  
legitimationis inuidia, domum meam  
lacerare velles: quo sanē in loco, si mo  
destiæ obliuisci vellem, iusto sacrā  
mento tecum contenderem, procrea  
tionem tuam senilem, atq; capularem,  
legitimationis indigere. quando qui  
dem senum filii, promissionis filii sunt.  
qualisfuit filius Isaac, Abrahæ suo pa  
tri. vt ergo credi possit, id tuum esse,  
quod ex te nonagenario natum est, le  
giti⁹

gitimatione vtare, si tibi est cordi Nā  
ego iusto ætatis tempore, ut pote quas  
dragenarius, cum vxorem duxerim,  
natura teste, vxoris autem fide, tum  
Synodali absolutione, facile coimpro-  
bo, metum id esse, quic quid natum ius-  
to matrimonio ex me est.

Non igit̄ iustaç causæ inimiciarum  
mihi tecum suscep̄tarum abs te collis-  
guntur o Frici: non æmulatio laudis:  
non spes vtilitatis: non legitimations  
a genere meo alienæ, me in te VVols-  
borii acuebant .sed magnus, & in cre-  
dibilis dolor, quem ex tua blasphemia  
capiebam. Tibi Christus hic in terris  
nobiscumpræfens versari non videtur:  
Abs te humanitas Christi, cælo seclusa  
a sua diuinitate: in terris esse credi-  
tur. Abs te sacrificium cum sacerdotio  
exterminatur. Apud te Conciliorum Blasphemæ  
OEcumenicorum nulla fides. tibi nuls mia Frici  
la est princeps autoritas: sedes patris  
archalis nulla: obedientia, ex communi-  
catione, edictum, atq; Ecclesiæ interdi-  
ctum, hominum videntur tibi esse com-  
menta

STANIS. ORICHO.

metita: & delirantium insomnia. Omnes aui, proaui, patres nostri singuli, et vniuersi, ex Papatu hinc in sceleratum sedem, atq; regionē te iudice sunt profecti. quā horrenda in Christianū genus vniuersum maledicta, & planē Thyestea in Ecclesiā Christi execratio, vel ex infantium in geniis elicere voces & quærelas in te potuissēt. Itaq; fateor me, ut Dauidem, cum Goliatho, tecum, qui exprohras castris Dei viuentis, V Volborii ne duellum quidē recusaturū fuisse: quo alterutrius sanguine eliceretur vera illa fides, in qua fundata est Ecclesia Christi. tantum best ut has verborum pugnas subterfugiam, in quibus quam mihi cesseris, aliorum esto iudicium.

Fricius<sup>m</sup> Atqui hic dolor meus tanto acerbius episcopū or est, quanto tu in Episcopali fundo & menuo cibo Ecclesiæ pastus, atq; illius alimētū episcopū to distentus, audientibus Episcopis omnibus rem indignam, ore isto sacramentario in Ecclesiam Christi ex halas aspere, & ferociter, & impune, has immanes, & im-

& importunas blasphemias, quod nunquam faceres, nisi te id facere pateres tur isti aduocati, scilicet, Ecclesiæ, e quodrum tu sinu prope modum hauris haec probra, atque maledicta quibus scelerate vexas sponsam Christi, quam ornamenti omnibus honoris monumentis gloriam laudis insignibus: & dicendo, & scribendo, & disputando, spolias, atque nudas. Quid enim Ecclesiæ relinquis salui, sublata ex ea præsentia Christi? Fricius nam quam alto clidis cælo. Iam dum omne ueritatem Ecclesiæ dignitatis, atque honoris clericalis ecclesiam gradus ex Ecclesia tollis, dum ciuitatis Dei amplissimum principem, Romanom Pontificem, de gradu suo deiis, quantam perturbationem vitæ, & quam magnam confusionem rerum in Ecclesiam inducas non sentis. Quid enim tam peruersum, præposterum, ueritatem cogitari poterit, quam te autore fuerit ciuitas illa sancta, quam in sapientia sua Deus fundauit in secula? cuius modus, vis, ratioque omnis in ordinis conservazione maximè cernitur. Sed tu, ve  
tibi

STANIS. ORICHO.

tibi vñdicꝝ constes, ex cluso ab Ecclesie  
Christo, euerlo etiam ex ea ordine  
in sacramenta postremo ipsa, quæ sunt,  
tanquam fidei nostræ notæ, impetum  
facis: ac ludibrio, & despectui tibi esse  
ducis. Namqꝝ tibi baptiſmus, ludus est:  
pænitētia, iocus: Milla, spectum: Cœ  
na, temetum. Confirmatio, Ironia: Vn  
ctio, insania. Hæc tu omnis Christianæ  
pietatis hostis detonabas VV olborii,  
atqꝝ in cœlum ponebas os tuum, & cū  
cta Ecclesiæ Catholicæ exordia, qua  
si Penelopes telam, retexebas ad filū.  
Quo quidem tempore ego te tumultu  
autem, & in sanctos Dei in sanum, insa  
nientem, iusto dolore incensus, cū præ  
senti Ecclesiæ fide: tum vero autorita  
tibus patrum ita repressi, vt tibi fracto  
& debilitato odio circumstantis coro  
nae, necesse fuerit ab Episcopali mensa  
propemodum fugere. ita te eiiciebat

Doctrina  
Orichouij  
qualis

tum præcipitem, ex Episcopali cœna  
culo, doctrina illa mea, quæ tibi nunc  
ludibrio est. quæ non est mea, sed Eccle  
siæ Christi, quam ego ex libris non dis  
dic;

dici: sed fide Christo data in baptismo,  
per manus traditam à maioribus meis  
accepti, qua tu spreta, repudiataque,  
tanquam ex syngrapha, nouus scilicet  
Theologus, ex reformatis Ecclesiis  
productus, conditiones nobis propos-  
nis, theologicæ doctrinæ nempe ut is,  
qui doctrinæ laudem in Theologia pe-  
tit, acumen primo habeat: deinde arte  
valeat: postremo exercitatione excel-  
lat. quæ cum Orichouio absint, longe  
is distat à doctis. At Frici, ut sis tu  
hoc sciens, Orichouius ne sibi quidem  
ipse videtur doctus esse: quamuis ille à  
puero optimis præceptoribus, incre-  
dibili studio, diu multumq[ue] in opti-  
marum artiū disciplinis in Polonia pri-  
mū: deinde in Germania: postremo in  
Italia fuerit versatus. qui etiam nunc  
in antiquissima, nobilissimaq[ue] philoso-  
phia, quasi in aliquo peropportuno dis-  
tressorio, ita requiescit, ut extra hoc  
studium nulla alia habeat oblectamen-  
ta: necq[ue] solatia iam constantis ætatis  
sua. Sed fac harum rerum, atq[ue] artium  
omnium

STANIS. ORICHO.

omnium expertē, atq; rudem esse me,  
quas tu, vt videris, attigisti nunquam:  
nos frustra s̄æpe conati sumus. etiam  
ne propterea illud nostrum vulgare

Credo pl<sup>o</sup>  
valet quā  
scio.  
Credo, quod omne vestrū exuperat  
fcio, nisi a philosophia adiutum :nil  
ipsum per se ad bene , beateq; viue  
dum valebit: vt hoc freti, cognosca  
mus verum Deum, & quem ille misit  
Iesum Christum. vt hac via sola,in ve  
ritatē scientiamq; rerum penetremus.  
Cum enim ea,quæ creduntur potiora  
longe, antiquioraç; sint rebus iis om  
nibus,quæ sciuntnr,fides quoç; quam  
spūm parit,Credo, potior longe ipsa  
scientia est,neç; enim ex scientia fides,  
sed ex fide nascitur scientia, discentem  
enim oportet primum credere:deinde  
scire. Qua de re Aristoteles in primo  
libro posteriorum Analyticorum gra  
uis autor est.in quam sententiam Esas  
ias quoç; illa cecinit diuinitus,Nisi Cre  
dideritis non intelligitis At cum tan  
ta vis huius istius Credo in Deum est,  
vt omne philosophorum superet acu  
men,

Men, quid dubitas secundum hanc vo-  
cem, quam primam in Baptismo, vas-  
giens in cunis misi, si non philosophū:  
at certe Christianum docūm dicere  
me: docibilem utiq; Dei; Ut prophetæ  
vtar verbo: Credidi enim in Baptis-  
mo semel Deo, propter qd etiam nūc  
loquor contra vos hæreticos confi-  
denter, pro Christo: qui factus est no-  
bis sapientia a Deo, & iusticia, & san-  
ctificatio, & redemptio. qui ante ve- Heretici  
stros oculos proscriptus est, & in or- crucifigūt  
dinem redactus, atq; infra patrem a christum  
vobis positus: iterum est in vobis cru-  
cifixus cuius vos sponsam constupras-  
stis, præcepta eius, & mandata, & ce-  
remonias, legesq; omnes spreuiistis: re-  
jecistis, repudiaistis, nomen denicq; eius  
Christi amissistis, ac pro Christianis,  
Euangelicos vos dici maluistis. Quo  
nomine ego te in iudicium voco ad tri-  
bunal quoduis legitimi iudicis: ac tibi  
scribo iam nunc dicā: ac te maiestatis  
dei acerso: quam tu imminuisti, dum  
homo laicus, atque unus de turba aus-

K sus ea

## STANIS. ORICHO.

Mysteria sus es attractare superna mysteria, q  
fidei solis si illa ita paterent tibi, ut tibi patet,  
nota sunt Tytire tu patule, recubas sub tegni  
sacerdoti nefagi. Quæ mysteria inquam, Chris-  
bus  
stus Regū rex, solis sacerdotibus vo-  
luit esse nota. Atqui ego hanc tibi lis-  
tem intendo sine cauillo, atque sophis-  
mate vlo. sed sola Dei fretus lege: cu-  
ius finis est Charitas. quam qui tenet,  
rerum omnium scientiam habet. quæ  
extra communionem sacerorum nulla  
est. in qua q manet, particeps est om-  
nium eius communionis bonorum. Ita,  
que quamdiu ego in hac ipsa sacerdotali  
communione permaneo, tamdiu in do-  
mino gloriabor, me doctissimum fa-  
pientissimum, atque optimum virum  
esse non vtique mea propria bonita-  
te, sapientia, doctrina sed Ecclesiæ sa-  
cra. quæ est lucerna quadam diuinis  
tus accensa in vniuersitate generis hu-  
mani, vt luceat æqualiter omnibus, q  
in ea vivunt vnamimes. Quapropter  
illæ conditiones docti viri, quas tu mihi  
præscribis, multis modis irridens  
dæ sunt.

Charita-  
tis uis

da sunt, neque enim in conditionibus illis charitatem addis, sine qua stulta sunt, iacentque, ac frigent omnia in doctrina, quātuūnū licet excellenti; Quamobrem, mirum non est, si te sus <sup>Fricius sa</sup> perbusin, & arrogantē, ac singularia perbus re sequentem: communia autem reiici <sup>natur</sup> entem, illis communibus sententiis, tanquam ex armamentario communitatis Ecclesiasticæ depromptis tum VVolborii perpulerim et in latebras rusticanas coniecerim: vnde tu, tanq; Lūbricus, non prius in lucem, conspe ctumque prodiisti, quam pro Eccles ia Christi iustus noster in te deferbu issit dolor. Nolo commemorare or dinem rei gestæ satis est id mihi quod tu vltro ea de re in narratione tua cō memoras. Curaui certe, vt ea luce pas lam ex autoritate contra te a me ede rentur, quæ priuatim in atrio apud Episcopum fuerant inter nos agita ta, vt cum tu non compareres, vel tal tem per in dices, speculatoresq; tuos, qui tum me speculabantur, certior fie

# STANIS. ORICHO.

res, te a me in ius ad Archiepiscopum  
Louicium vocari: Sed cum tu non re-  
sponderes ad noimen, ego de te illa tro-  
phæa Curia Episcopali in media  
VVLborii, in Roxolaniā ad meos re-  
diens, constituta reliqui. Nam quod  
tu Andream Mogilnicam, VVolbo-  
riensem Officialem bonum, atque do-  
ctum virum accusas, qui illas me Con-  
clusiones omnibus templis oppidi cō-  
trā te proponere passus est, quod is  
non summo iuri dicundo, nec causis  
querelisque de hæreticis noscendi:  
sed de decumis, atq; matrimonis diu-  
dicandis Archiepiscopalis VVols-  
borii curator esset. hoc nihile est: Ta-  
met si enim officialis ille summum ius  
non dicit in reos: neque præhendit:  
neque in vincla ducit: ius tamen voca-  
di, & diem dicendi ad Archiepisco-  
pum habet. vt tibi iure tergiuersandi,  
nullus superfuerit locus. præsertim  
cum tu te in narratione dicas, Stanis-  
laus Dambrouiūm Ioannis Prærē-  
bii Cancellarium, Louicio VVolbo-  
rium

Andreas  
Mogilni-  
ca officia

Stanislaus  
Dabroui-  
ns.

q̄um nobis interuenisse, cum summa  
iuris dicundi in diæceli Archiepisco-  
pali potestate: qui admissionem illam  
officialis edendarum contra te Cons-  
clusionum, adueniens ratam fecit. Ni-  
hil ergo ab officiali illo peccatum est,  
expostulatione tua tā acerba dignū.  
fecit enim is, quod illum facere, & per  
legem: & per morem licitum fuit.

SED nec illud quoque in narratio-  
ne tua silentio est prætereundum, qd  
quæstiones fidei ad Scholarum Gym-  
nasia, potius, quam ad Episcoporum  
iudicia deferri censes oportere. quis  
quæsto, hoc vñquam tibi dederit Frici,  
Gymnasiis commissum esse iudicium  
lepræ, & non solis iacerdotibus, Les-  
uici generis, ad quos, Christus ipse  
mittit diiudicandos a se mundatos a  
lepra. An ego te paralyticum, ac fun-  
ditus hæresi leprosum, alicuius Gym-  
nasi Sophistæ obtulerim poti⁹ diiudi-  
candum, num recipiare castris, an abi-  
ciare extra castra Dei ob leprā, an ne  
legitimo Archiepiscopo, qui habet

Questio-  
nes fidei  
ad Episco-  
pos spe-  
ctat.

K iii diuinitus

STANIS. ORICHO.

diuinitus sibi attributam, & scientia  
diividicadi inter lepram: & non lepram,  
& potestatem recipiendi in caltra, &  
inde eiiciendi leprosos: Sed tu dum  
iurisdictionem Pontificalem spernis,  
a qua herere in tua ruina manis, quā  
**Sacramē-  
tarie se-  
ctæ Ca-  
puc.** Petræ adhescere, ut salu9 fias. Itaq;  
quæris omnes e potestate Episcopali  
elabendi vias: ut illud tuum teneas:  
quod sectæ vestre sacramentariæ cas-  
put est totum hoc videlicet Pontifi-  
ciale munus, ementia rei esse ac lu-  
dicrum pene puerile. veluti cum quis  
commentatur mimos: vel agie Tra-  
gediam, suscipit tum personam diui-  
nis: aut Atrei, cum nihil ille sit minus.  
Quapropter pro hac sententia impia,  
atque sacrilega, fers mihi iudices An-  
tisophistas alicuius Gymnasii potius,  
in quorum diatriba liberius mecum  
rixere: quam legitimum Episcoporu9  
iudicium agnoscas, in quo tu te corri-  
gas: & ibi habites: atque una mecum  
haeresas. Neq; vero mirum est, si ludis-  
trio, despiciat uicq; sunt tibi Episcopi:

Ex

Ex Episcopis enim prodiisti, ab iis enim ortus, & in Ecclesiā Christi principio dicatus fuisti, omnium comitiorum Christianæ communionis factus per hos particeps, sed non eras ex Episcopis: carebas enim ea fide, q[uod] fuerant prediti Episcopi illi creatoris tui, de quorum tu manibus fidem Catholicam, dum accipiebas, simula te, sicut e[st] Christo nomen ideo dabas: quo rectius postea, occasione oblata, bellum Ecclesiæ Christi faceres. verū tamen cum in specie fictæ simulationis vera pietas diu latere non posset: hanc tibi iusti Dei ira mentem iniecit ut eos Episcopos lacefferes, a quibus generatus es: ipseq[ue] te hac via potissimum indicares, qui, qualisq[ue] es, neque, hostis fratrum tuorum, ex eodem spiritu ritu, & aqua una tecum procreatorem, vexatorq[ue] patrum: de quorum delapsus sinu, in interiores tenebras abiuiti præceps: ubi odio proximi extinsum est lumen animi, & ingenii tui. ut nescias in omni ratione pietatis,

STANIS. ORICHO.

vnde eas, & quorū tendas: sed ita  
palpitēs, crassis animi tui in tenebris,  
ut palpitate solet cæcus in meridie.  
Ant tu nīsi absq; lumine mentis amēs  
es̄ses, iactares te in narratione tua &  
his equitares contra me equuleis. Ori-  
chouius iurgans mecum dixit: Diu-  
nitatē in Christo humanitatē id autem est, consubstantiale esse.  
*Frici⁹ Ca-  
lūniatur  
orichouii* Idemq; perseverabat, Christum vnu-  
quoddam subiectum esse, quorum v-  
trūnq; cum alienum sit à Christiana  
doctrina: liquet Orichouii indoctū  
esse. His tu mendaciunculis disputati-  
onem illam aspergis Frici: ut cæcus  
furens, non videns quale sit id, quod  
tibi in manū venit. Ego humanitas  
tem in Christo diuinitati consubstan-  
tialem esse dixi; aut contra illud elo-  
gium, quo assidue celebrantur aures  
nostræ, vñquam disputans tecum sensi:  
NAM SIC V T ANIMA RATIONA-  
LIS & caro vñus est homo: ita Deus, &  
homo vñus est Christus. Nouimus q̄p  
pe, idque ex uberibus Ecclesiæ ma-

cris

eris nostræ a pueris, hausimus, vt anima, & caro distinctarum naturarum sunt nomina: ita diuinitatē q̄q; atq; humanitatem in Christo distinctas esse naturas. & vt homo ὑποσάστης, id est naturæ subsistentis, ex anima, rationali, & carne nomen est ita Christus Totus &  
 quoq; per sonæ, siue naturæ, ex Deo, totū dīffō  
rūt.  
 & hominæ subsistentis nomen est: qui Christus totus est Deus: sed non totū, non enim solum Deus est: sed & homo est etiam totus homo: sed non totum est homo: quia est etiam Deus. ita enī & sentire, & loqui de Christo domino veteres docuerunt nos patres. totum enim ad naturam refertur: totus aut̄ ad ὑποσάστη personæ. sicut aliud, & aliud ad naturam: alius vero, & alius quis ad personam referuntur. Non igitur in Christo humanitas cum diuinitate διαστον, id est consubstantialis. & unius est naturæ quod sensit Eutyches quē execratur pia fides. Verum, distinctæ sunt hæ duæ in Christo naturæ, ita tamen, vt ambæ mirabili

STANIS. ORICHO.

huius ad communionem concursu una  
Christi personam perficiant, atque ab-  
soluant. O si tu alius essem, quam ego  
te magnifice pro hac tam frigida, tamenque  
ieiuna calunia hoc loco tractare pos-  
sem. Sed reprimam me, ac tunc proue-  
ctae, & decrepitae parcam aetati, quae  
facile memoria labitur. Porro alterum  
illud commentum tuum de subiecto  
ego ipso nomine quasi pugione iugis-  
labo. quis enim me dixisse Christum esse  
subiectum, quid tu postea. hoc enim  
modo, inquis, in praedicamentum sub-  
stantiae includetur Christus, acciden-  
tibus substrat⁹. quos tu hic ludos quæ so-  
præbes nobis Frici: nullum ne subie-  
ctū aliud dici meministi: nisi hoc præ-  
dicamentale accidentibus substratum  
vbi est acumen tuum. Quid: subiectū  
in propositione, quod praedicato subii-  
citur, non tibi videtur subiectum re-  
cte dici: tamet si accidentibus subster-  
natur nullis:

IAM materia prima in physicis, nū  
ne appellatur subiectum ideo, quia  
subiicitur

Subiecti

Nomen.

libiicis formæ; deniq; mutatio apud Aristotelem in quinto Physicorum, non dicitur fieri de subiecto, in subiectum postremo, genus ipsum scibile, iam enim ita loquamur, cuiuscq; artis, atq; disciplinæ, de quo propriæ passiones demonstrantur, nō subiecti appellatur nomine profecto, venis Frici in obliuionem artium, ne dicam, desipis senectute, hallucinaris enim in verbo: & æquiuocum nomen, perinde ac si vniuocum esset, accipis errore pene puerili, ergo disputans, ac te insectans quæsiui ex te num illud ipsum disputationis nostræ subiectum, quod de utero virginali prodiit, & quod subiectum fuit sensibus una vnum esset, vt nusquam diuinitas eius sine humanitate, neque de Existē humanitas sine diuinitate esse putetur: nec vspiam harum naturarum altera, respondisti ad hæc, diuinitatē Christi alicubi esse posse solitariam, absq; eius humanitate: cum humanitas Christi certo includatur loco. diuinitas

STANIS. ORICO.

Unitas vero uacua, ac libera omni loco est. At ego inquam Frici, si, verbi gratia, hic in Ecclesia diuinitas Christi est: humanitas. verò illius hic non est, erunt duæ in Christo naturæ, nō solum ratione: sed etiā subiecto inter se distinctæ & ita diuīsgerit Christus, neq; idem erit Mariæ filius, qui est & Lei filius quod Nestorianum dōgma est. quo loco tu quidein clamitabas ad rauim, id quod etiam vltro narrando repetis: facinus indignum videri, ut diuinitatem, ita humanitatem Christi subiectum dici, atq; prædicamento locari. in quo quicquid est, caducum, atq; mortale est. Respōdi te imprudētia labi, qui non animatuertas subiectum etiam a philosophis dici omne id, de quo in tractando, differendo ūit sermo. vt in Theologia subiectum est, Deus trinus, & unus. quod subiectum, quamuis transcēdat omnia prædicamenta, quæ rerum mutabilium & mortalium sunt: tamen quoniam omnis theologiæ ratio circa illud veretur,

Quæres  
In predica  
mentis sūt

satur, ideo subjecti nomine appellatur  
 Quæ cum ita sint, idem dico nunc scri-  
 bens aduersum te quod olim dixerā,  
 iurgans tecum. Deum, & dominum  
 nostrum Iesum Christum, si is aliquid  
 sit Deus, ubi non sit homo, non esse  
 illum ex Deo, & homine ita unū subiec-  
 to, ut homo ex anima rationali, &  
 carne unum subiecto est. idemque affirmo,  
 si humanitas Christi praetens hic  
 nobiscum, pariter cum diuinitate Chris-  
 ti non est: in Christo naturas non tam  
 ratione, sed etiam subiecto esse  
 diuisas: nec Christum esse Deum, sed  
 Deum esse cum Christo, quod Nico-  
 demus putabat. nec virginem matrem  
 Georion, id est Dei param, sed Christi  
 param, quod Nestorius autor tuus  
 volebat dici. Deinde ne illud quidem  
 animaduertis, quam ipse te tuo gladio  
 iugules. Cum enim Christum certo caeli  
 loco circumscribis, quomodo effugies  
 illum scopulum, quin dicas Christum  
 in prædicamento ubi collocari, in quo  
 cum non includatur Deus verbū Chri-  
 stum

Fricius  
 Nestorius  
 nas.

sine Deo verbo in prædicamento inclu-  
 di confiteare necesse est. & ita Chri-  
 stum diuidi. At cum verbum caro ita  
 sit factum, ut quod semel assūpsit, nūc  
 amittat, neque deserat, Deus verbum  
 cum non sit in prædicamento ubi, nec  
 caro illius est in prædicamento loci.  
 hoc est non clauditur aliquo loco, tri-  
 bus dimēsionibus descripto. Cū ergo  
 verbum caro factum loco capiatur  
 nullo, nec vspīā, tāquā in loco sit, vbiq̄  
 sit necesse ē. quādo quidē illud nusquā  
 vt in loco, est. Sed fac Christum certo  
 circumscribi loco, quæ absonta, at quæ  
 absurdā consequantur vide. si enim  
 Christus in loco est, mouetur: si moue-  
 tur, tempore mensuratur: si mensura-  
 tur tempore, necessario corrūpitur.  
 hæc enim natura consequuntur se se  
 ordine, locus, motus, tempus, corru-  
 ptio. At inclamabis philosophiā esse  
 hanc: & grandem quidem Frīci. verū  
 id tua, non mea fit culpa: qui consuetu-  
 dine sensuum deceptus, a quibus exos-  
 titur philosophia, vt meum, ac tuum,

Ita Christi Dei nostri loco circumscriptis corpus. cū nihil liceat minus. ideo Chrūs ~~sum~~  
 enim supra omnes cælos humana, cō- præcēs  
 iusta diuinæ, cōsedit natura, vt nullis cælos a-  
 rerum terminis circumscribatur, ac si scendit,  
 niaſ. Sed tu errare pergis, & aīs cor-  
 pus intelligi sine loco non potest, quid  
 tum postea? Etenim si intelligi corpus  
 sine loco non potest, num etiam eīſe  
 sine loco nullum corpus potest: sunt  
 enim compluria quæ non intelligun-  
 tur, & tamen sunt, Atqui ego fateor Quibus  
 his formis, atq; corporibus sicut om̄ rebus op̄  
 nibus rebus, quæ ſub aspectum veni- est loco.  
 unt, loco, tanquam ſede, opus eſſe: ſed  
 idem tamen conſirmo ( ſalua Eccleſiæ  
 fide) Christum, qui via, veritas, & vi-  
 ta, hoc eſt ultimus honorum omnium  
 finis eſt, extra dexteram Dei patris,  
 nullam aliam habere ſedem: neque lo-  
 cū, quæ dextera vniuersum Eccleſiæ  
 triumphantis atq; militantis corpus  
 continet, quo in corpore Christus: &  
 ſacerdos, & rex eſt quem ne loco cir-  
 cumſcribam uero, yetat pia fides. lo-

Dextera  
dei.

cus Locus.

## STANIS. ORICHO.

Cūs enim est vltima superficies rei cōtinentis locatum, ad quem mouetur,  
& in quo conquiescit res, ob similitus  
dinem quam habet cum loco. Quam obrem Christus dominus, si loco con-  
tineretur vlo, non esset & & . hoc  
est principium, & finis rerum omniū.  
quandoquidē vltior illō ad huc res-  
staret locus, qui locus finis est quidā  
rerum ad se motarum. in quem si exce-  
dens terris penetrauit Christus, acq̄e-  
scit in illo, vt in fine suo: nec ille vltim⁹  
finis est rerum, cum habeat ex trinse-  
cus alium abientē se finem, quod exes-  
crandum populo Christiano, & detes-  
tabile est.

SED quid ago aut quid argutiis, &  
acumine Aristotelis scrutor diuina  
mysteria, oblitus fidei, sacramenta à  
philosophicis argumentis esse libera.

Nusquam cessant enim argumēta, vbi fides qua  
humani ritur. Dicimus ergo Christum Iesum,  
tasſive deus nusquam esse Deum, quin ibidem sit  
unitas e homo: contra vero nusquam esse hos  
contra in minem, quin ibidem sit Deus, quāvis  
Christo,

Non ubique sit efficax. vbique tamen est  
prælens, qui omnia, infera, media sus-  
pera transgressus, deuicto Sathanam,  
atque morte, in dextera Dei patris iust.  
hoc est in ciuitate Dei conledit, quæ  
omnes sanctos Dei Angelos, atque ho-  
mines triumphantes in cælo, ac milis-  
tantes in carne, suo amplectitur sinu,  
inter quos milites inquam suos in ci-  
uitate sua Christus habitans, in vni-  
uersorū animos influit, per verbum:  
In os autem eorum, per sacramentum  
corporis, & sanguinis sui, corā ipse  
prælens illahitur. Hanc tu fidem Ca-  
tholicam effulis inferiorū portis, cum  
vehementissime VVolborii oppugna-  
res Frici, deince conqueri, te ab hac  
eadem Catholica fide, quæ terribilis  
est, ut castrorum acies ordinata fras-  
ctum, repulsum, prostratumque iacere:  
Sed dum tu te abieciū errigere, & orichous  
aflictū recreare conaris illam speras us detrac-  
tibi auram posse afflati, in hoc criminis stat Com-  
ne, si me subterfugisse conspectū, cons- munem  
gressumque tuū nec vocatū ab Episcopo mensam  
adelle cū fricio:

STANIS. ORICHO.

adesse prandio postridie voluisse cri-  
minarere. utrumque confiteor factū idquę  
iure ac merito. Quid enim ego in tuū  
congressum, collo quiuinquę venirem,  
cui AVE dicere vetuit Apostoli-  
ca vox: cuius, oēs, quibus Christus  
est cordi aditū, sermonē, congressū fu-  
gere meritissimō, pro tua execranda,  
detestabilicę blasphemia, debemus  
presertim cum a me testificata pridie  
tua fuga esset, tot testib⁹ præsentibus:  
qui in arena tecum una tuū præsto-  
abantur redditum usq; ad vesperam.  
Itaque contentus opimis spoliis pridie  
de te partis, te exanguē, & confectum  
flocci feci, cum te e gurgustiolo nescio  
quo, repente in curiam Episcopalem  
proriperes postridie. At denūciabat  
tibi inquis Episcopus per familiarem  
scium valentinum Borencium, velle  
aliquid coram Fricium in Orichonū  
præsentē dicere, denunciabat fateor:  
sed mihi audire non expediebat neq;  
omnino fas erat, homini a me verba  
sieri mortuo. Quem enim neq; admo-  
nitione

Fricius  
abstine-  
tus.

nitione leni: neq; obiurgatioñe acris:  
neq; contentionē atrocī sanare pote-  
ram, quorum tandem, aut cur hære-  
ticum desperatum vexarē verbis inas-  
nibus, quem post vñā, & alterā admo-  
nitionē deuitare iubet Paulus: quod  
is iam subuerius esset, & a seipso des-  
peratus, & relictus. Itaq; quamuis  
magnopere euocarer ab Episcopo ad  
tuum Frici colloquium, tamen nō ve-  
ni, ne acta agere, & decantaram fabu-  
lam recantare viderer ineptē. Et cū  
congressum aspernarer tuū, nec inen-  
sam, ad quā poltremo vocabar, apud  
Episcopum volebam mihi tecum esse  
communem, meminerā enim vetuisse  
Paulum cum hominibus blasphemis  
communiter cibum sumere: Quare  
responderam Borencio, per quem vo-  
cabar, me non venturum priusquam  
tu atrio excederes, quod vererer, ne  
vna ruina oppressus, ego tecum inte-  
ritem: moneric; me dixi Ioannis exē-  
plo, qui propter metum ruinarum, e-  
balueis repente proruperat, ad quas

L ii laurum

## STANIS. ORICHO:

Iautum venerat, Hebionem in iis lauantē forte conspicatus: Cæterum nihil actum fuit prius, quam ut & tu excederes, & abiros iussus ex atrio. & ego ab Episcopo intro aduocarer pransum: Quo cum venisseim, offendī Episcopum stipatum gregibus sacerdotum, & aliorum equestris ordinis: mensis iam epulis extuctis; maxima illa quadragesimā celebritate palmarum. huc me introgressum, hila re sanè accepit Episcopus: ac leniter arridens. inquit, P A Rce puer bello, lauacq̄ manus, & cæna. deinde, lautū prendit dextra: & in accubatione, ad leuā, ponē se locat. Nam, ad dextram Stanislauū Dambrouiū, Ioannis Prærembii Archiepiscopi Cancellarium: infra hunc, Martinum Galciniū: ambos senes ætatibus, & in Ecclesiastico munere, honoratos viros: collocauerat. Dein, Andream Mogilnicā officialem: tum reliquos sacerdotes. post hos accubuerant, ordinis qui fuerant equestris Opipare paratum erat conuiuum,

entium, moderatum, & honestū nullā  
in eo symphonia canebat minutis etiā  
ministrabatur: poculis, atq; rorātibus  
miscebantur sermones variū, & eru-  
ditū, ac conuiuio digni. aderat etiam  
iocation, non illa temulenta, quæ ipsa  
sibi in potando obstrepit: sed hæc vr-  
bana, multo sale condita: quæ turpiæ  
ridet, non turpiter. agitata enim est  
præter cætera, in accubatione illa e-  
pulari, auricularis confessio: cuius so-  
lenne præsens tum referebat dies, cū  
quidem mirūm sibi videri quidam di-  
ceret, cur confessor adulter, adulterū  
non rideret confitentem. Tum etiam  
narrabatur festiue, vt confessor qui-  
dam in Masouia, quendam, confiten-  
tem stuprum, quod cum concubina  
eiusdem confessoris fecerat: nec pro-  
tam incesto stupro decem feriarum  
quartarum in pane, & aqua ieunans  
di penitentiā accipientē, fuste tamdiu  
verberauerit, adiutore spurio suo,  
quousq; confitens semiuiuus exclau-  
masset. O propter Deū domine Ple-  
banus.

STANIS. ORICHO.

hane: iam parcite, iejunabo Hic hilari  
animo, & prompto ad iocandum Epi-  
scopus ad me conuersus, quid: Fricio-  
us inquit tuus Orichoui, si ad te con-  
fessum veniret, quo tandem accipere  
tur ille ab te modo si pænitere nollet?  
Hoc eodem, inquam, quo accepit hic  
Plebanus riualem suum: in quo fuste,  
concubinæ suæ castigauit stuprum;  
vellem vero quam plures huius instar  
esse inter vos Piebanos. qui sponsæ

*Hæresis  
Episco po-  
rum Cul-  
pa urgēt.* Christi per viñ oblatum stuprum,  
istorum morte expiarent: qui hæresi,  
tanquam incæsto flagitio, & stupro,  
poluerūt cæremonias ac leges, Ecclæ-  
siæ, Christi sponsæ. qui, si vos viri esse-  
tis, non verbis essent, & disputatione  
philosophorum: sed carcere, ac viñ-  
clis Episcoporum castigandi. Nunc  
autem cum omnis animaduersio, & ca-  
stigatio vestra conquiescit, non solum  
foris: sed etiam in luce, atq; in oculis  
vestris hæretici liberrimè peccant.  
quidni peccarent autem? qui non mo-  
dopænam nullam suo dignam scelere:  
suscipiunt,

ascipiunt, sed in vestro habitant complexu, atq; sinu: vestris fundis paſcūtur: vestris beneficiis fruuntur: vestris amiciciis delectantur. liberas omnium voluntates rerum apud vos habent. vestræ semper illis patent fores: hiāt domus: imminent sinus: horum ianitores vestri, atq; cubicularii sunt familiares: hos extra ordinem vocat: & ad vos introducunt. Catholicos autem homines a vobis excludunt: cum iis vos secreta misertis colloquia: cōmunicata habetis consilia: agitatis conuia scripta, atq; eorū dicta vobis sunt sibyllæ folia. Contra, vero odistis Catholicorum hominum disciplinā: despicitis eorum simplicitatem: antiquū in iis morem contemnitis: ingenium deniq; illorū depræssum, extinctūq; esse cupitis. id nisi ita esset, nunquam hæretici ante Catholicas haberent apud vos partes priores. Nunc vero cum vestræ illis, uti iam dixi, patente domus, Cubicula fundi, quis dubauerit istos a vobis recipi, ac pro

L. iii micis.

STANIS. ORICHO.

**Hæreses**  
**Episcopo-**  
**rū pæna.** mīcīs duci, nos autē reūci, & tāquam  
alienos excludit vnde, mirandum nō  
est, si corroboratur hæreticorum au-  
dacia. & si hæreſes, indulgentia Epi-  
scoporum auctæ: in Polonia creuerūt  
sed tamē illa pæna iusta est vestri pec-  
cati, quod hæreſes vos Episcopos fo-  
los iniquo, infestoq; animo intuentur,  
de pernicie vestra & de exicio ordi-  
nis vestri cogitant: veſtrū caput, cer-  
vices, iugulū, latera ardentissimo stu-  
dio, petūt. Quid enim quælo aliud hæ-  
refis, sibi vult, nisi ut Episcopo iubla-  
to, Ecclesia dissipetur lectis. Etenim  
hærefis nihil habet propositum, nisi  
solitudinem, ac vœstitutem rerum cō-  
muniū. percusso enim pastore, oues  
gregis dispergi, hodie decantari, ab  
hoc ipso Stanislao Dabrouio, V Vol-  
boriensi præposito, ad sepulchrum  
palmare audiūimus, solenni ritu. Pro  
inde, quicunq; Episcoporum hæreti-  
co delestat, importunissimo hoste  
suo delectatur, specie amicitiae conte-  
sto; id īq; agit, quod ageret pastor,  
lupo,

Supo in amicitiam recepto. Quod si  
qui Episcopus, sciens prudensq; facit,  
non tibi videtur risu dignus esse illo, <sup>Hæretis</sup>  
quo ridere solemus furem, furi confi- <sup>fugiendi</sup>  
tenteim: ut modo hic vir optimus aie- <sup>Episcopat</sup>  
bat, qualis enim quisq; est, talium con-  
suetudine delestatur. Si pastor es, cas-  
ue lupos. si hos recipis, alter tu ab illis  
lupus es, quamvis amictus sis vel sto-  
la, vel toga pastoricia. Iam vero illud  
nihil est, quod quidā huic culpare p̄r-  
texunt, simulationē nempe reductio-  
nis hæreticorum in pristinam concor-  
diā cum Ecclesia. Moneri enim vult  
Paulus ab Episcopis hæreticos, non  
recipi obstinatos, idq; adeo, vt post  
vniam, & alteram admonitionem, idē  
Paulus deuitare Episcopūn hæreti-  
cos iubeat, tanquā desperatos, & quis-  
bus cum Episcopis nihil est amplius  
commune. Tradendi ergo sunt hæreti-  
ci ab Episcopis Sathane, nisi resipiscāt  
non alendi eorum sumptibus: neque  
pensionibus illorū onerandi, neque  
fundis Episcopalibus fouend;

## STANIS. ORICHO.

Orichos  
nus cur  
fugiebat  
eōgressū  
Frici.

Intra cubicula ab Episcopis recipien-  
di. neque eorū menis adhibendi. At-  
qui, verum enim ex me Vchanici au-  
dies, hæc causa fuit, cur toties abste-  
accersitus. Fricio præsente hodie huc  
noluerim adesse. dolebant enim mi-  
hi oculi, videre intra septa omnis tui,  
intra hos parietes, numini dicatos E-  
piscopali: deniq; intra horum latera  
veriari pestem illam, atque conta-  
gionem sacramentariam, qua imbu-  
tus Fricius, totis hisce sex diebus, in  
Pontificialem maiestate in vestrā de-  
clamitans, probris omnibus maledi-  
ctisq; vexabat sedem Apostolicam;  
eamque sutoribus, baiulis, atque Zo-  
nariis iudicandam, condemnandāq;  
Idololatriæ subiciebat: sacraque reli-  
gionis nostræ, atq; Cæremonias, qui-  
bus vos Episcopi a sede Apostolica  
ad nos missi, præstis, protereda esse  
& conculcanda contendebat. Hunc  
tu tibi amicum firmum paras: cū hoc  
tamen immanni heretico tu Episcopus  
fugum ducas: nec modo illum menfa-  
tua

tua Episcopali, da quam hæresi pollu-  
tus, & corde incircuclius alpirare ne-  
mo debeat sed etiā fundo, tuo V Vol-  
borensi, cubiculo denique communī  
dignabere & cui commercium, q̄dū  
desipit, nullum esse in oppido Episco-  
pali oporteret, ei aperta stabunt tua  
atria: patebunt cubicula: in promptu  
denique tua erunt illi omnia: postre-  
mo, huic soli nihil erit apud te obsi-  
gnatum, neq; occlusum: hunc tu in ac-  
cubatione epulari præpones iis con-  
sacerdotibus tuis, qui circumsedent  
quam nunc Episcopalem mens-  
sam: hic ille primo sedebit loco: in hos  
Catholicos viros, Ecclesiæ V Volbo-  
riensis ministros, in epulo tuo, dicta  
quæ valet, te audiente dicet: horum  
irridebit sacra: & illorum sacerdotaie  
prophanabit nomen: tuam etiā Pon-  
tificalem maiestatem, ante tuos ocul-  
os, proteret, & conculcahit: Hæc tu  
feres: hæc pacieres: hæc sines: & te  
propugnatorem, & iis temporibus  
penè patronum Ecclesiæ esse dices, e

STANIS. ORICO.

Non potius sed reprimam me, atque non iam ad mensam epularem tecum sedens, libro iam absoluto, atque descurso: sed e Zurouicio rure meo Rozolano, haec tibi scribo simpliciter, atque fideliter, tibique ac rebus tuis amice. Collige te Vchanici, per Deos immortales, ac te munusque tuum aliquando respice satis datum abs te indulgentias clemem tiae haeticis est, vides placabilitate, atque clementia te apud istos nihil proficere: quin vero illos deteriores licentia quotidie fieri luce palam cernis. Animaduertis etiam ad hos sanandos, non iam collyrio, sed cauterio tibi opus esse. spemreditus istis ut homini confirmare licet, praecisam esse sentis, postremo, diuinas esse die, a nocte intellegis. ut quid igitur commisces diem, noctis aut cur noctem vocas die? Atende queso, vir praestantissime Vchanici, quo gradu honoris in repub nostra, & in quali custodia Ecclesiæ collocatus sis diuinitus. Archiepiscopus Gnesnensis: primas Poloniae regni: ac Legatus

Legatus sedis Apostolicæ nuper es  
regio iusfragio designatus. quomodo Archiepi-  
quælo Andreae, Fricio amicus esse po-  
scopio offici-  
teris, sedis apostolicæ hostis aut quo-  
modo primas regni Poloniæ vocabe <sup>reticos p-</sup>  
ris, nisi grauis, assiduus, & acerbus sequi.  
hostis omnibus iis hæreticis fueris,  
qui nunc funditus Poloniæ euertunt:  
I A M Archiepiscopus, quomodo  
consistes in iure, & habitabis in tuo,  
si Archiepiscopalem tuā dignitatem  
Fricio vexare licebit, in sinu, comple-  
xuq; tuo habitantib; profecto, dicam  
enim quod sentio, si hic erit status vi-  
tæ & huius amplissimæ dignitatis  
tuæ omnium rerum tuarū fundamen-  
ta tui, Archiepiscopus, non in petra,  
sed in aqua pones: turpiter disthues:  
atque totus concides: regnum etiam  
hoc, cuius Antistes es, labefactabis,  
& eodē euertes motu. Neq; vero ego  
ideo ad te scribo, quo diffidam pietati,  
ac virtuti tuæ. noui enim præstan-  
tiam, magnitudinēque animi & con-  
siliū tui, sed exemplum Sumkonis Ar-  
chiepiscopi

STANIS. ORITHO.

chiepiscopi Pragensis vehemēter mē  
sumko tuo, qui dum in Hussiana seditione me  
pragensis dius, & indifferens est, dedit Hussitis,  
Archiepi tanquam ausas, ad crescendū, qui cū  
kopus. eo cōniuente creuissent, ac se, parteisq;  
suas confirmassent, quicquid erat di-  
uini, atq; humani in Bohemia iuris, pa-  
riter cum Pragensi Archiepiscopo  
funditus exterminarunt: ita, vt ne nūc  
quidem sedes in Bohemia Archiepis-  
copalis supersit vlla. hoc timent ho-  
mines Catholici: hoc referri in Polo-  
nia exemplum tremunt: horrentque.  
Quantum enim quā so metum iniectū  
tibis esse putas, vel hac sola dicatio-  
ne libri Friciani, contra me scripti: in  
quo a nebulone, nescio quo, suppresso  
nomine, laceratur apud te omnibus  
probris, atq; contumelias commune  
vestrum Episcopale nomen, ac liber-  
tibi mittitur, non tanquam propugna-  
tori: led tanquam desertori Pontificia-  
lis Maiestatis. in quo si dicator hic tu-  
us facit contumeliam ordini, si verbos-  
rum contumelias Pontificialem maies-  
tatem

festatem lacerat cur in sinu gestas Fricium? cur habes intuis, qui hæc eadē probra, atq; dedecora ordinis vestri, maiore apparatu in narratione sua  
hæte tuos oculos conari aulus est. At <sup>Turpe est</sup> qui illud etiam maximē angit, & sollicitos habet Catholicos viros. quod <sup>amicum esse hereticum tico.</sup> hæretici omnes, varii licet, & differentes inter se, in eo tamen consentientes uno, postquam es designatus, erectis animis sunt, pluratumq; habent, te Archiepiscopo, spes, suas in Polonia ratas fore: illoq; te in cælum ferūt, qd solus in Polonia ex omnibus episcopis superes, cui hæreticorum iratus est nemo. Scio hanc ego esse fallacem hominū istorum spem & cogitationes eorum inanes: noui enim ego, ut ante dixi, ingenium tuum optimum Vchanici, rebus natum optimis: sed metamen terrent vestigia hæreticorū ad te aduersa: cum nulla videam a te aduersa. deniq; ipsum Fricium, hæreticū condemnatum sentencia Apostolica, esse in tuis, participem tuum esse, tuis <sup>Frici</sup>

STANIS. ORICHO.

frui co<sup>m</sup>modis, ac tuis beneficiis or<sup>n</sup>  
nari, augerich<sup>y</sup>, nos contra qui illi ad  
uerlaimur periclitari de tua gratia, &  
de annua pensiuncula, quantum tan-  
dem hoc valet ad metum? Sed valeat  
penitio: quæ hoc animo minor temper-  
tuit: ita, ut etiam, si quid æri delit tuo,  
aucturus fuerim illud Teruncio meo,  
ut Codrus, Cre<sup>g</sup>li thesaurum. Sed tas-  
men pro mea summa, & tibi non in co-  
gnita in tuis aduersis rebus erga te  
fidè, te oro, & obtestor, hortorq<sup>b</sup>, si in  
chelmensi, & Cuiavieni Episcopatu  
hæretici te vsl sunt amico fac viciissim  
vt iidem in Archiepiscopatu Gnesnē  
si te vt tantur inimico. remoue iā nunc  
simulationem, & dissimulationem om-  
nem. fuerint sanē hæc aliquando tibi,  
rebusq<sup>b</sup> tuis necessaria at nūc, hoc tem-  
<sup>Archiepi</sup> pus, hæc tua amplissima dignitas, alii  
<sup>Scopolis</sup> iam vitā affert, alios mores abs te po-  
<sup>Columen</sup> stulat veritate, atq<sup>b</sup> sinceritate tum  
regni. acrimonia Archiepiscopali illa pris-  
ica, tibi opus nūc esse intelligo. Vides  
quo iam res nobis steterit. salut huius  
regni

regni vltimum vestigium in tua fixit  
fide. Quantum enim Poloniæ regno  
sit in Archiepiscopo Gnesnensi situm,  
satis ut opinor vere, ac dilucide de-  
claratum est a nobis in Chimera, nu-  
per ad Polonum regem a nobis edita,  
quam tibi notissimam esse cupio. fuit  
enim diu, multumq; in manibus: nec  
prius in lucem, conspectumq; prodiit,  
quam doctissimorum hominum iudi-  
cio fuerat comprobata. Deus autem  
omnipotens, dirigat vias tuas, & det  
tibi spiritu sapientiae, & fortitudinis,  
& impleat te odio inimicorum Eccle-  
siæ suæ. vt in postremo huius regni  
discrimine, ex hoc Archiepiscopalí  
solio, veteres nobis illos fortissimos  
Archiepiscopos Gnesnenses contra  
hæreticos ræpresentes, quorum  
autoritate, religione, atq; sanctimonia,  
fundatum. Poloniæ regnum, opibus,  
ac viris, atq; virtutibus omnibus flo-  
rentissimum, ad nostram usq; ætatem  
permansit: vt tu horum exemplo acer-  
bitus existas hostis eorum omnium,

M

qui eam

STANIS. ORICHO:  
qui eam in polonia labe fiant fidem  
quam Adalbertus Gnesnensis Archi-  
episcopus, olim veteres docuerat  
Gnesnæ polonos.

In prefatione primi ɔternionis facie i> lege non  
cernitis inquit uobis qui publice: & quaternione  
sequentia facie c. qui si, pro, qui se  
Facie prima quaternionis animaduersurus & in  
fine eiusdem interpretati pro interpretanti

# AD LECTOREM

ALBERTI VEDROGOVII DECAY  
STICHON.

Perlege scripta uiri quibz: (heu) Romana potestas

Contempta à multis, en reparata redit.

Tu quoq; ne dicas, nulla est reparabilis arte

Læsa licet fuerit. non perit illa tamen.

Præterea ut boreas pellit tetra nubila Cœlo

Sic Fricium scriptor, uera notando premit.


Malleus est eius. uere orne stricta securis


Conterat ora Canis, conterat ossa: feri.


Desinat hunc monco: Romanilædere famam,

Pontificis, curet quin magis ipse suam.











Biblioteka Śląska

55149

I

CIMELIA XVII MF